

De m[illegible] et vit[illegible]
Sac[illegible]
conte[illegible]ones
Idiote
Enchirion sacerdota
le
te necessitate pecca
ti Ado [illegible]
parochida. [illegible]
Curatorum











DE VITA ET MO-ribus ſacerdotum/ opuſ-culum: ſingularem eorũ dignitatem oſtẽdens/ & quibus ornati eſſe debeãt virtutibus: explanans.

PARISIIS
Ex officina Henrici
Stephani. 1519

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac domino. D. Ludouico Guilliardo Episcopo Tornacensi dignissimo: Iudocus Clichtoueus professorum theologiæ minimus. S.D.

Virgilius.



N Georgicis Virgilius latinorũ poetarum facile princeps/nimiũ fortunatos dicit agricolas: bona si sua norint/antistes sacratissime. ꝙ sine armorum strepitu medio=crem agentes vitam/facilẽ ex ter=ra victum capiant: suis contenti rebus/ & vrbiũ delicijs cęterisq; vicijs minime cor rupti. Ego vero multo magis fortunatos/ asserere ausim sacerdotes: si suã nouerit dignitatẽ ordinisq; sui excellentiam. ꝙ propemodum diuinum & cœ leste sortiti sunt supernę miserationis indultu mi=nisterium: offerẽdi deo augustissimum & omniũ maxime salutare sacrificiũ. ꝙ item potestatem acce perint soluendi/ligandiq; peccata hominum in ter ris: eo quidẽ iudicio quod & deus approbat ĩ cœ=lis. ꝙ deniq; administrandorum in salutem & me delam animarum/authoritatem habeant sacramẽ=torum: quorum dispensatio ipsis a deo est credita. Educunt quidem agricolę panem de terra/& vinũ vt lętificet cor hominis: cũ tellurem incuruo pro=scindunt aratro/& vineam magna sedulitate repa=stinant atq; putant. Sed hęc corpori tantum huma no suppeditant alimenta: moribũdo sane & paulo post in cinerem conuertendo. Sacerdotes vero ver=bis sancte imprecatorijs atq; cõsecratorijs panem supersubstantialem & cœlestem conficiunt: qui de

cœlo deſcendit vt daret vitam mundo/quē quicūq̧
digne mādncauerit: mortem non guſtabit in æter= Ioan. 6.
num. Calicem etiam ſanctum/inebriantem biben=
tes diuino amore/ & præclarum conſecrant: cuius
ſacro hauſtu animæ reuocantur ad vitam. Rurſum
agricolę equos/boues/aſinos ligāt ad pręſepia: atq̧
ſoluunt/ cum ad opus exercendum eos educunt in
agros. Sacerdotes autem diabolicis implicatos la=
queis homines mira dei virtute diſſoluunt: & libe=
ros reſtiuūt eccleſiæ. Rebelles vero/ proteruos & cō
tumaces: duro anathematis vinculo arctius cōſtrin
gunt & alligant. Deniq̧ agricolæ ſua exercent mu
nia: quæ ad excolendos agros/cōſerendas arbores/
viteſve parandas attinēt. At ſacerdotes ſanctiſſima
fidelibus ſacramēta miniſtrant: quibus aut regene=
rantur in Chriſto/aut recōciliantur eccleſiæ/aut cō
tra dæmonū inſultus ac inſidias muniūtur. Neq̧
ab re agricolis ſacerdotes in præſentia cōfero: etſi
dignitate ſtatus longe ſuperiores. Nam & ipſi/ ſpi=
rituales ſunt agricolæ: diuini verbi ſemen inſeren=
tes mentibus hominum / eaſq̧ ad proferendū iuſti=
tiæ fructum pio labore excolentes. ijdem quoq̧ cō=
tinue laborāt in vinea domini: atq̧ vt vuas illa pro=
ducat nō labruſcas/ ſanctū ſtudiū peruigiles impē=
dunt. ❡Et merito quidē fortunatos dixerim ſacer=
dotes/ſi ſuā attētius nouerint dignitatē & ſua qui=
bus a deo donati ſūt bona: quoniā ea potiſſimū ra=
tione adducentur ad ſeruandam accuratius vitæ ho
neſtatem & eos mores amplectendos/ qui tātæ gra=
dus ſublimitati dedecus & ignominiam non inge=
rant. Vbi enim diligenter animaduerterint q̄ inſi=
gnis & ardua eſt ordinis ſacerdotalis profeſſio / q̄
auguſtum eſt & ſublime illius ſortis eccleſiaſticæ

officium: nemo eorum (vt reor) non ſtudebit eam capeſſere vitæ formã/quæ deceat tam excelſam vocationem. Quinimmo coniectare nõ eſt difficile/tã probroſa malorum genera & grauia peccata in ſacerdotum vitã irrepſiſſe/ eã potiſſimũ ob cauſam: ꝙ ſuæ dignitatis non habent rationem/neq̃ quanta ſit ſui gradus ac ordinis celſitudo atq̃ magnitudo: ſatis penſiculate apud ſe trutinant/aut æqua lance expendunt. Quocirca non inutilẽ facturi rẽ videbimur aut infructuoſam: ſi cõpendiario hoc opuſculo de vita & moribus ſacerdotum diſſeramus. patefactaq̃ officij ipſorum eminentia atq̃ præſtabilitate: quam agere debeant vitam & quibus efful gere virtutibus/ex ſanctæ ſcripturæ ſacrorumq̃ authorũ teſtimonio dilucidemus. Quam quidem elucubratiunculã grauiſſimæ tuę paternitati iure nũcupandã duximus ampliſſime præſul: ꝙ & ſacerdotali polleas dignitate/& pontificali quoq̃ authoritate ſis inſignitus: qua ſacerdotũ pater es/rector & paſtor pręcipuus. vt huiuſce libelli lectione/qui tuæ ſubijciuntur poteſtati ſacerdotes/ & in vniuerſum deinde oẽs: & ſuã cognoſcant ſortẽ/& virtutẽ ſtudioſius colãt. Enimuero cui debet potius cliẽtuli deſudare labor: q̃ ſuo patrono? aut ſerui/ q̃ domino? Te certe mihi munificum Mecenatem exhibere nõ ceſſat ſingularis tua beneficẽtia atq̃ largitas. Par eſt igitur/cum Maronem aut Horatiũ me tuæ eximię dominationi pręſtare nõ poſſim: ſaltem acceptorũ beneficiorum non immemorem hac nuncupatione teſtificer. Sit itaq̃ præſens ęditio: meæ in te gratitudinis atq̃ perpetuę obſeruantiæ/argumentum. Vale fœlix/ tuiq̃ Iudoci ſemper memor. Pariſijs/ anno dominicæ incarnationis. 1519.

IVDOCI CLICHTOVEI NEOPOR tuensis/ de vita & moribus sacerdotum/opusculum: ad Reuerendum in Christo patrem ac dominum D.Ludouicum Guilliardum/ Episcopum Tornacensem/non minus virtute q̃ doctrina præstantem.

¶Sacerdotij antiquitatem / ab ipso mundi exordio deductam: magnum dignitatis illius esse argumentum. Cap.I.



Acerdos ab authoribus diffinitur is esse: qui deo ad sacrificia faciẽda peculiariter dicatus est. Et sacerdotiũ: ipsius sacerdotis munus atq; officium. Nulla siquidem fuit vnq̃ gens tã effera/ immanis/ aut barbara: quę deum aliquem habendũ nescierit/ & certo ritu colẽdum. tametsi a dei veri agnitione & puro eius cultu/ in varios acti errores: permulti fuerit alieni. & certe natura ipsa videtur oĩbus hoĩbus hunc religionis & pietatis in deũ instinctũ tacite indidisse: quo etiam apud extremos Garamãtas & Trogloditas degentes/ suo (quisquis is fuerit) deo cultũ cũ veneratione exhibendũ putarunt. Quinimmo ab ipso summo rerum authore/ hęc ad religionẽ animorũ propensio/ insita fuisse cunctis/ haud ab re credi & dici potest. vt quoniã a se nequaq̃ subsistere aut bona percipere seipsos/ naturę ductu nouerũt/ superiorẽ quandam naturam excellentiorẽq; esse autumauerint/ a qua & subsistentiã & bonorum communicationẽ susciperent: quam cõmuni quadã ratione deũ nuncuparunt. Proinde & legumlatores omnes studiose

id populo persuadendum putarunt: pietatē in deū habendam esse/ & venerationem debitā illi impendendam. & qua ratione ea fieri debeat/ quove ritu: diligenter explicuerunt. vt nulla vnq̄ legatur respublica/ neq; barbarorū neq; Grecorum/ neq; Romanorum: cultus vtcunq; deo (vni aut pluribus) offerendi expers. Sane Aristoteles ī sexto politicorum
Aristoteles libro/ illi suffragat̄ sentētię: dicens. Oportet in ciuitate aliquos esse/ curā deorū habentes: scilicet sacer-
Cicero. dotes. Astipulatur eidē et Cicero: his verbis. Sublata (inquit) pietate in deum ac religione: fides & societas generis humani/ & vna excellentissima virtus iustitia tollatur/ perturbatioq; vitę & maxima confusio sequatur/ necesse est. Atqui diuina maiestate indignū id putarūt/ solo rationis magisterio edocti cuiusuis generis aut nationis homines: oēs passim admitti & promiscue/ ad hanc sacrorū curā prouinciāq; gerendā. Abiectos em̄ & sordidos/ infimęve sortis & nullius precij viros: iudicarunt nequaq̄ asciscēdos ad sacrificia deo offerēda. ꝙ id ministeriū vt omniū eminētissimū & honoratissimū/ putarint non nisi a pręclaris/ & eruditione virtuteq; pręstātibus viris explendū: ad hoc peculiari quodā delectu vocatis & designatis. Idcirco apud omnes terrę natiōes semper fuisse legūtur a reliqua turba secreti et honoratiore habiti loco: qui munus illud sacra deo offerēdi obirēt/ & alijs positis negocijs peculiariter diuino cultui exercēdo vacarēt. Et hos insigne id officiū sortitos/ atq; a vulgo & cęteris ciuilem habētibus administrationē seiugatos: sacerdotes vocabāt/ ꝙ sacrificijs diuino numini faciendis intenti forent. Vnde conijcitur magna esse sacerdotum dignitas/ publico omniū cōsensu atq; opinio

ne: ꝙ apud omnes gẽtes/regiones/ & populos sem=
per eorũ fuerit constitutio/primas fere & pręcipuas
in republica partes obtinentiũ/aut saltẽ post reges
proximũ in ciuitate locũ occupãtium. sine quibus
& manca ciuitas & mutila respublica : nequaq̃ ex
suis partibus integre coalesceret. ¶ Cęterũ pręter=
missis alijs nationibus & populis qui cęco errore
abducti plures coluere deos/ & cæcutiẽtes abierunt
post vanitates et insanias falsas: operępreciũ est ostẽ
dere/in eo populo qui vnius & veri dei cultor fuit/
magnã inueniri ipsius sacerdotij antiquitatem: vt
quod ab ipso mũdi initio ceperit exordiũ/&ad finẽ
vsq; sęculi est permãsurum. Certe in ipsis humanę
propaginis foribus Abel iustus sacerdotij obiuit Gene.4.
munus: & respexit dominus ad ipsũ & ad munera
eius. Sed & Enos filius Seth/ qui (vt ait scriptura)
cœpit inuocare nomẽ domini: nõne sacerdotio fũ= Gene.8.
ctus est? Noe quoq; post subductas diluuij aquas cõ
struxit altare deo/obtulitq; holocausta super illud:
& odoratus est dominus odorẽ suauitatis. Insuper
ipsi Abrahę a cęde regũ reuertenti occurrit Melchi
sedech rex Salẽ/obtulitq; panẽ et vinũ in sacrificiũ Gene.14.
deo: erat enim sacerdos dei altissimi/ & benedixit
Abrahę. Et vt paucis agam/ sancti illi patriarchę
Abraham Isaac & Iacob: sacerdotali munere sunt
perfũcti/& eorũ filij pręsertim primogeniti. ꝙ vsq;
ad tempora legis Mosaicę: a sacris authoribus cen
seatur sacerdotium primogeniturę semper fuisse
annexum. At vero data lege a domino in vertice Exodi.28.
montis Sinę : constitutum est diuina ordinatione
sacerdotium leuiticum/ab ipso Aaron inchoatum
& vsq; ad salutiferum Christi in carnem aduen=
tum continua serie deductũ. & ipsa tribus leuitica

Nume.4. peculiariter a deo est selecta: ad ministeriū taberna-
culi atq; tēpli illius tēporis. Deinde venit in mūdū
ipse Christus/sacerdotū omniū princeps et sūmus:
cui dictū est a deo patre. Tu es sacerdos in ęternum
Psal.109. secundū ordinē Melchisedech. Qui post reseratam
hoībus indefesso studio verę virtutis ac religionis
sapientiā: seipsum in ara crucis cū clamore valido
ac lachrymis hostiā deo patri obtulit in reconcilia-
tionē toti9 humani generis/exauditusq; est pro sua
Hebrę.5. reuerētia. Hac aūt spōtanea sui oblatione Christus
sacerdotū idea/finem imposuit sacerdotio leuitico
vna cū veteri lege & eius institutis: inchoauitq; euā
gelicū sacerdotiū/sicut & legē nouā ac ipsius sacra
mēta. Cuius quidem sacerdotij successores reliquit
apostolos & viros apostolicos/pręter sacerdotalem
potestatē sapientia & virtute adeo insignes: vt vni-
uersum orbē terrarum eliminatis superstitionibus
ad vnius veri dei cultū frustra cōtranitētibus dęmo
nibus adduxerint. Quorū ductu atq; directione de
inceps continuatū est id sacerdotiū per tēpora pri-
mitiuę & nascētis ecclesię/& alia illis proxima: cū
mira sanctitate & splēdore virtutū. Ipsis vero suc-
cessere sacerdotes alij/ęqua sane officij potestate sed
longe inferiore fidei & charitatis feruore atq; vitę
sanctimonia. q ob iniquitatis exundationem refri
guerit charitas multorū. Et hęc est tēporū nostrorū
(vt res ipsa indicat) cōditio status & qualitas. a qui
bus tamē ad finē vsq; sęculi perdurabit sacerdotiū
istud euāgelicū: sicut & sacrificiū istud vnicū & sin
gulare/quod non nisi per sacerdotes potest offerri:
Psal.110. de quo dictum est. Mādauit in ęternum/ testamen-
tum suū. Et rursum. Memor erit in sęculū testamē
ti sui/illius inquā: quo sacramētum illud sanctissi-


mum in sui memoriā & offerēdum & manducādū instituit. Quod quidē testamentū & mandatū si in sęculū sęculi confirmatū est/vt ibidē dicit propheta in spiritu: ante finē mūdi non desinet. Rursum ipe dulcissimus ecclesię sponsus: per Osee prophetam dulci alloquio sponsam suā ita cōpellat. Et sponsabo te michi in sempiternū: & sponsabo te michi in iustitia & iudicio/& in misericordia et miserationibus. & sponsabo te michi in fide: & scies quia ego domin9. Ad hæc. Rogauit dominus pro Petro: vt non deficeret fides eius. non personā ipsius tm̄ attēdens: sed etiā totius ecclesię conuentū/quę erat ei cōmittēda. Ipse aūt semper a patre se auditū esse contestatur. Adde ꝙ promisit dominus discipulis suis ab eis in cœlum assumēdus. Ecce ego vobiscū sum oībus diebus: vsqꝫ ad consummationē sęculi. non quidē secundū diuinitatis tantū maiestatē/ sed & sacratissimę suę humanitatis pręsentiā: in admirabili eucharistię sacramēto vere consistentē. At quomodo poterit ecclesia Christi itidē & fides catholica incōcussa consistere: nisi semper assit illud viuificū & salutare sacrificiū/quod est totius ecclesię fulcimentū/& legis nostrę fideiqꝫ stabilimētum? Permanebit igitur & illud ad finē vsqꝫ sęculi: neqꝫ alterum illi successurū est/ vt neqꝫ lex alia. Quare & sacerdotiū euangelicū: vsqꝫ ad mūdi cōsummationē perdurabit. & semper erunt sacerdotes: qui diuinę maiestati ea sacra litabūt. ¶ Porro queadmodum venerabilis pater Hugo de sancto victore/libro primo de sacramentis/ipsum verbū incarnatum dicit vt regem intrasse in hunc mundū per assumptā humanitatē: vt cū diabolo bellaret/ & quasi tyrannū in alieno dominātē expelleret. Omnes aūt priores

Osee. 2.
Lucę. 22.
Ioan. 11.
Matth. 18.
Hugo de sācto Victore

ſanctos qui ante īcarnationē verbi ab initio fuerūt electi & venerunt in mundū: appellat eodem loco milites quoſdā optimos regem venturū in acie prę cedentes/ipſis quibus tunc ſanctificabātur ſacramē tis/ quaſi armis munitos. Eos vero qui poſt incar= nationem vſq; ad finē mundi electi ſubſequuntur: vocat alios milites/nō tamē aliū ſed ipm eūdē regē pręcedentē vnanimiter atq; alacriter ſubſequētes. habentq; & ipſi noui arma noua: tamen ab eodem armati & cōtra eundem hoſtē pugnaturi. Siue igiṫ pręcedētes (inquit) ſiue ſubſequētes: vnius regis ſa cramēta portāt/ vni regi militāt. illi vēturū pcedē= tes: illi pręcedentē ſubſequētes. Et iſtud myſtice no
Matth. 21. bis innuitur per id Matthęi verbū in euangelio/ q domino intrāte ciuitatē Hieruſalē cū totius popu= li applauſu & gratulatione: turbę quę pręcedebant & quę ſequebātur clamabant dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Per illas em̄: veteres/ & per has: noui teſtamēti patres ſignabanṫ. Haud diſſimiliter intelligere poſſumus Chriſtū i medio ſacerdotū veteris & nouę legis conſtitutū/omnium eſſe caput exēplar & decus ſacerdotū/& ſuper oēs eximia & ſpectabili dignitate longe eminere. Eos aūt qui in veteri lege pręceſſerūt ſacerdotes: typum eius & figurā expreſſiſſe/atq; ſuo officio illius ſacer dotium pręſignificaſſe. Illos vero qui in nouo ſub ſequūtur teſtamento: ad imitationem illius eodem fungi officio/illiq; aſſimilari vt abſolutę ſacerdo= tum ideę atq; veritati. Et hi propius ad ſuum ducē principemq; accedunt q̄ priores: q expreſſius eius ſigna gerant/digmioremq; offerāt hoſtiam. Cōſpi cua eſt igitur & magna ſacerdotij dignitas: quod ab ipſo mūdi exortu ad exitū vſq; ſine interciſione

perdurat. Preclara est & sacerdotum professio/insignisque sublimitas: qui Christum eiusdē officij consortio atque communione habent suum presulem/ archetypū & præsidem. Ad eum igitur vt scopum quendam oculos suos debent attente conuertere/ notasque & signacula virtutum eius in seipsis exprimere: ne a rectis tanti ducis aberrent vestigijs/ neque principis sui signa deserant. Dedecorosum est enī: sub strenuo duce militem esse pigrum.

¶Sacerdotium cum regia potestate nagnam habere cognationem: immo maiorem illa sibi vendicare dignitatem. CAP. II.



Arguit & id magnā sacerdotij dignitatem: quod cū regio prīcipatu (qui omniū ciuiliū administrationū supremus est & eminētissimus) miram habet consonātiam atque affinitatem. Cuius rei id indicio est: quod apud antiquos ijdem reges erāt & sacerdotes. quinimmo & ipsos sacerdotes appellare soliti sunt antiqui/ reges sacrorū: ob conspirationē vnius magistratus cū altero. Apud Aegyptios enī prisca fuit cōsuetudo ex omni philosophorū nūero sacerdotes eligere/ ex sacerdotibus autē regē. qui vt philosophos sapientia: ita religione sacerdotes/ ac mox īperio administrādo superiores oēs reges trāscenderet. hinc Mercuriū Aegyptij Trimegistū/ id est ter maximū nūcuparūt: quod & philosophus maximus/ & sacerdos maximus/ denique & rex maximus fuerit. Et apud Virgilium describitur rex Anius: rex idem hominū/ Phœbique sacerdos. Sed facessant hec ethnicorum exempla: & ad nostratia potius stilum conuertamus. Melchisedech ille/ quem beatus Paulus ad Hebreos scribēs egregijs extollit preco-

Mercurius Trimegistus
Virgilius.
Hebre. 7.

nijs: rex Salem fuisse commemoratur/ & idem sa-
Genes.14. cerdos dei altissimi. Secundum cuius ordinem &
Psal.109. Christus deus noster: sacerdos est in ęternum/ itidē
& rex regum & dominus dominantiũ. Ego autem
Psal.2. (inquit) constitutus sum rex ab eo super Sion mon
tem sanctũ eius: prędicās pręceptũ eius. vt omnino
intelligatur sacer ille Melchisedech/ propīqua fuis-
se imago atq; figura Christi: & in regali imperio/
& sacerdotali officio. Nonne etiā Moyses dux fuit
Israelitici populi: simul & sacerdos? Et Samuel iu
diciariam habuit in Israel potestatē: etiam & sacer
Psal.98. dotalem eminentiā. Moyses (inquit) & Aaron in
sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocāt
nomen eius. Nonne & Heli/ iudex fuisse legitur po
1.regũ.1. puli in Israel (qui tũ summus erat reipublicę illius
principatus) & simul sacerdotij honore īsignitus?
Simon etiā Machabęus & qui post eũ in Iudęa re-
1.mach.4. rum potiebātur vsq; ad Herodem regē: duces erāt
populi necnō sacerdotes. ¶ Quinimmo in scriptu
ra plerũq; inuenitur sacerdotiũ: regni titulo atq;
denominationi cōiunctũ. vt cũ dominus in exodo
Exodi.19. per Moysem ait ad filios Israel. Si audieritis vocē
meā/ & custodieritis pactũ meũ: eritis michi in pe-
culium de cũctis populis. Mea est enī omnis terra:
& vos eritis michi in regnum sacerdotale/ & gens
sācta. Vbi sacerdotale vocat regnum: quod pręci-
puum est/ singulare & eminētissimũ. quoniam in-
terdum nomine sacerdotum signātur in scriptura/
qui maiorem cęteris habent authoritatē/ & hono-
rabiliorem dignitatis locum/ q̄uis sacerdotalē nō
gerāt fũctionem. vt cũ secũdus regnorum liber di-
2.regũ.7. cit: ꝙ filij Dauid sacerdotes erant/ id est primores
regni & post regem proximi honorificētia atq; po

testate. Non enim ipsi sacerdotio fungebantur: vt qui de tribu Iuda erant/ de qua non assumebatur quispiam ad altaris ministerium. Et id certe argumento est/sacerdotum nomine regium quiddã & sublime designari. Sed & ex alio loco ostendamus sacerdotium regali coniunctum nũcupationi: quẽ nobis suggerit beatus Petrus ita ad fideles scribẽs. Vos estis genus electum/regale sacerdotium: gens sancta/populus acquisitionis. Vbi regale vocat sacerdotium: ꝙ regiam quandã in spiritualibus functionibus pręferat potestatem atq; authoritatem. 1. Petri. 2.
Rursum dilectus deo discipulus/de Christo in sua apocalypsi loquẽs: ait. Qui dilexit nos/et lauit nos a peccatis nostris ĩ sanguine suo: & fecit nos regnũ & sacerdotes deo & patri suo. Demum venerandus ille sanctorum cœtus gratias agẽs Christo pro susceptis beneficijs in diuina Apocalypsi: in cãtico suo nouo cecinit. Redemisti nos deo in sanguine tuo/ex omni tribu & lingua/& populo & natione: & fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes/& regnabimus super terrã. Apoca. 1. Apoca. 5.
¶ Quinimmo sacerdotalis fũctio (vt ãplius aliquid adijciam) eminẽtior est & sublimior regali potestate. ꝙ hęc/terrena disponat: illa/cœlestia. hęc/in corpora exercet potentiã & dominatum: illa/in animas. hęc deniq; in ijs quę dei sunt & ad animę spectãt curã: illi colla subijcit & caput inclinat/atq; ab ea sacramentorũ ecclesiasticorum communionem suscipit. Quanto igitur diuina terrenis/& spiritus carni dignitate pręstat: tãto sacerdotalis traditio regię maiestati est anteferenda. Nõ tamẽ inficias ierim/sacerdotes in ijs quæ ciuilis sunt facultatis & ad reipublicę spectant moderationẽ: terrenis principatibus subiacere/illisq;

subiectionem & venerationem debere. vt reddant quæ sunt cęsaris/ cæsari: et quę sunt dei/ deo. Cōprobat plane quod modo propositum est/eximius pater Hugo de sancto Victore: mystice exponens
Genesis.1. id Geneseos verbū. Fecit deus duo luminaria magna: luminare maius vt præesset diei/ & luminare minus vt pręesset nocti. Sunt (inquit) in ecclesię
Hugo de sancto Victore sanctę firmamēto/a domino creata duo magna luminaria: sacerdotium scilicet & regnū/ rex & episcopus/ princeps & clericus. Dies/spiritualia: nox/ sęcularia pręfigurat. Ita luminare maius/scilicet sacerdotium: factum est vt pręsit diei/id est spiritualibus. luminare vero minus/regnum: vt pręsit nocti/ id est sęcularibus. Contra naturam proinde est: si sol nocti/si pręsit luna diei. si princeps ad spiritualia se ingerat: si sacerdos sęcularium negociorum tenebris/cōscientię suę serenum obnubilet. Væ nobis/qui in ista infelicia tēpora incidimus: ī quibus sol in tenebras est conuersus. Eia videant ipsi pontifices/quorum vices gerunt/ quorū obtinuerūt cathedras/quorum infulis gloriantur: & iudicēt ipsi/ si nō est ita vt cernimus. Cōsiderent quos sciētię radios/quę virtutū lumina/quas charitatis scintillas/ quę spiritualium correptionum fulgura/suis emittebant temporibus Gregorius/Ambrosius/Augustinus/Hilarius/Martinus/& mille alii. Felicia tēpora/in quibus tā raro malus inueniebatur: q̄ nūc
Iohe.2. bonus in ecclesia inuenitur. Nunc etiam luna conuersa est in sanguinem. Nam manus principum plenę sunt sanguine: exactionibus & vectigalibus
Esaiæ 5. effundentes viscera miserorum/iustificantes impiū pro muneribus & iustitiā iusti auferētes ab eo. Hęc ille. Ecce comparat nunc citatus author sacerdotiū

ſoli & dici: regnũ vero lunę & nocti. qua collatione liquido prodit ſacerdotalem authoritatem multo regijs faſcibus pręferendam. Quod etiam nõ diſſimulanter oſtendit Conſtantinus ille magnus/imperator Romanus. qui cũ apud Niceam Bithinię vrbem conuocaſſet totius eccleſię cõcilium ad Arrianam hęreſin euellendam: ipſe pro ſua modeſtia epiſcoporum inibi cõgregatorum conuentum vltimus cum paucis introiuit/ inferioreq́ʒ ſubſellio (cum hoc ſibi patrum iuſſione cõcedi petijſſet) reſedit. Cumq́ʒ permulti epiſcoporum ſuper contentionibus & querimonijs inter ſe exagitatis expetijſſent eius iudicium: ipſe libellos/ſingulorum expoſtulationem cõtinentes ſibiq́ʒ porrectos ſinu tenẽs dixit nequaq̃ ad ſe aut iudicem aliquem ſęcularem ſpectare/ iudiciũ de ijs ferre hominibus: quos deus in terris conſtituit omnium iudices. proinde ad diuinum examem ſua referant diſſidia: neq́ʒ a ſeipſo expectent illarum rerum ſententiam. Et ſimul his dictis oẽs libellos nullo eorũ introſpecto in ignẽ coniecit exurendos: vt refert Euſebius/eccleſiaſticę hiſtorię libro decimo. Magnum pręterea eiuſdem rei argumentum fuit: ꝙ vbiq́ʒ adminiſtrantiũ ſententias imperfectas eſſe voluit (vt memorat hiſtoria tripartita: libro primo) & ad epiſcopos per appellationem refugiendum eſſe ſanciuit: ſiqui vellẽt ciuiles iudices refutare. Firmam vero epiſcoporũ ſententiam fore iudicauit: & potiorem q̃ aliorũ iudicũ eſſe voluit. imo tãq̃ ab imperatore foret prolata/ab omnibus obſeruandam: a qua ad alios quoſuis iudices nullam paſſus eſt fieri prouocationem. Fortaſſe vt hanc ferret legem: illud eum diuinum mouit decretũ/quod in Deuteronomio promulga

Conſtantinus magnus.

Euſebius.

Deute. 17. tum legitur. Si difficile (inquit dominus) & ambiguum iudiciũ apud te esse perspexeris / inter sāguinem & sanguinem / causam & causam / lepram & lepram / & iudicũ intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus / veniesq; ad sacerdotem leuitici generis / & ad iudicem qui fuerit in illo tempore / quęresq; ab eis. Qui iudicabunt tibi iudicij veritatem: & facies quęcũq; dixerint tibi qui pręsunt loco quẽ elegerit dominus deus tuus / & docuerint te iuxta legem eius: sequerisq; sententiam eorum / nec declinabis ad dexteram vel ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo / & decreto iudicis: morietur homo ille / & auferes malum de medio Israel. cunctusq; populus audiens timebit: vt nullus deinceps intumescat superbia. Quibus sane verbis cõstituit deus: a iudicibus sæcularibus ad sacerdotes transferendum esse difficilis rei iudicium. & repugnantem sacerdotis decreto: morte affici debere. Ex quorum vtroq;: non mediocre sumitur indicium dignitatis sacerdotalis.

¶ Magno semper in precio apud antiquos habitam esse sacerdotij functionẽ: et multis priuilegijs ab eis dotatam esse. CAP. .III.



St et illud dignitatis sacerdotalis nõ inefficax argumentũ: q apud antiquos plurimi semp existimata sit / et magno in honore habita. non solũ apud eos qui verę in deũ pietatis ac religionis erant gnari: sed et illos qui ludificamẽtis dæmonũ hallucinati procul ab ea deerrarunt. Apud quos leguntur sui

sacerdotes immunitate potiti fuisse & vacatione a pendendo tributo/vectigalibus/& alijs reipublicae cõmunibus oneribus: & permultis priuilegijs ad maiorem facientibus libertatem prȩter cȩteros donati. Testis hui⁹ locupletissimus est liber Geneseos: ita de Aegyptijs sacerdotibus referens. Emit ergo Ioseph omnẽ terram Aegypti/vendentibus singulis possessiones suas prȩ magnitudine famis: subiecitq; eam Pharaoni & cũctos populos eius a terminis nouissimis Aegypti vsq; ad extremos fines ei⁹. prȩter terrã sacerdotũ/ quȩ a rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria ex publicis horreis prȩbebantur/& idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Et paulo inferius eodẽ loco. Ex eo tempore vsq; in prȩsentem diem in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluit/& factũ est quasi in legẽ: absq; terra sacerdotali/quȩ libera ab hac conditione fuit. Artaxerxes quoq; rex Persarũ in decreto suo quod scribit ad Esdrã scribam & sacerdotẽ: inter cȩtera munificentiȩ suȩ in templũ domini officia/& illud inserit. Omne quod ad ritũ dei cœli pertinet/tribuatur diligẽter in domo dei cœli: ne forte irascatur contra regnum regis & filiorum eius. Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdotibus & leuitis/cantoribus/ianitoribus/& ministris domus dei huius: vt vectigal & tributum & annonas non habeatis potestatem imponẽdi super eos. Idem quoq; in tertio Esdrȩ libro repetitur edictum: vbi etiam immunitas ministrorum templi a tributis ita explicatur. Vobis autem dicitur: vt omnibus sacerdotibus & leuitis & sacris cantoribus & seruis templi & scribis templi huius/nullum tributum neq; vlla alia indictio irrogetur: nec habeat

Gene. 47.

1. esdrȩ. 7.

3. esdrȩ. 8.

Neemias. quiſq̃ poteſtatem obijcere eis quicq̃. Neemias item Iudęorum dux optimus cum deprȩhendiſſet ſacer= dotes leuitas & cantores alioſq; templi miniſtros/ debitis ſibi portionibus primitiarum oblationum & decimarum fuiſſe defraudatos: per rapacitatē &
Neemię.13 auiditatē Eliazib ſacerdotis magni (qui conſtructo ſibi gazophilatio: quę aliorum erant ſibi congere= bat/atq; ibidem colligebat) & proinde illos relicto templo cultuq; diuino abijſſe in ſuas regiones: reſti tit pro viribus tantę iniquitati in ſua abſentia per= petratę/ & acta coram magiſtratibus cauſa curauit ſacerdotibus & miniſtris templi ſuas deſignari par tes/atq; in horrea congeri quę de decimis et oblatio nibus eis debebantur. quemadmodū liber Neemię vltimo capite plenius refert. Is itaq; tāti fecit ſacer= dotes: vt in faciem reſtiterit ijs qui partes oblatio= num illis diuino iuſſu decretas detinebant / atq; in
Alexander magnus. Iaddus. ſuos vſus vendicabant. Quid Alexandrum magnū memorem? qui infeſto agmine animoq; infēſo vr= bem Solymam petens/cum obuiū ſibi haberet Iad= dum eo tempore ſummum Iudęorum ſacerdotem pontificalibus indutum veſtibus & honoratiſſimo ſacerdotum atq; leuitarum cœtu comitatum: equo deſilijt/& pronus in terra ſacerdotem magnum ve= neratus eſt/quinimmo in eo deū adorauit. Deinde placato animo Hieroſolymitanū intrauit templū & pro regia magnificentia ibidem dona obtulit. al latiſq; Danielis oraculis ſe ibidem ſignatum intel= lexit: qui Perſarum vires deberet conterere/eoq; re= gno potiri/& multis priuilegijs atq; imunitatibus totā Iudęorum gentem eſt proſecutus. quemadmo
Ioſephus. dum diffuſe narrat Ioſephus antiquitatis Iudaicę

libro vndecimo. Deinde interiectis aliquot annis: Ptolomęus Philadelphus Aegyptiorum rex/Ptolomęi Lagi filius: ab Eleazaro sacerdotum principe apud Iudęos/ septuagita duos viros eruditissimos qui diuinam sibi legem in gręcum sermonē ex hebręo traducerent/ad se mitti petiuit atq; impetrauit. ob quod plurima & maxima / cum in ipsos interpretes tum in Iudęos vniuersos beneficia contulit: quorum plurimos ante captiuos libertate donauit. vt scribit Iosephus antiquitatis Iudaicę libro duodecimo. Pręterea Attila rex Gotthorum cū ex Pannonia in Italiam facta eruptione / Romā cum instructissimo peteret exercitu eā perditurus: Leo primus/summus pōtifex illi cum honesto ecclesiasticorum virorum cœtu occurrit / admonuitq; eū ne in vrbem desęuiret aut armorū rabie debacharetur. alioqui iram dei in se concitaret/quemadmodum Alaricus/vn9 ex superioribus Gotthorū regibus: qui statim dei iudicio post captam vrbē mortuus est. Cuius monitis incunctanter obtemperauit Attila: nec vltra versus Romam progressus est. q; dum simul cum pontifice loqueretur: cernere duos viros supra illius caput visus est strictos tenētes gladios/ac mortem ipsi minitantes nisi pontifici pareret/qui Petrus & Paulus apostoli fuisse putati sunt: in Leonis auxiliū illi apparentes. Dimissoq; quod cœperat itinere: Attila in Pannoniam reuersus est. Insuper quo honore sacerdotalē ordinē prosecutus est Cōstātinus ille magnus: quę in pręcedēte capite dicta sunt fidē faciūt. Quo itidem fuerit animo in Ambrosiū/sāctitate doctrina & zelo dei clarissimū historia tripartita toto noni libri tricesimo capite

Ptolomęus Philadelphus.

Attila.

Leo sūm9 pontifex.

Alaricus.

Constantinus magn9

Iouinianus dilucide testatur. Iouinianus itē impij Iuliani successor cum imperium suscepisset: reuocādorum ab exilio episcoporū (quos & Constantius Arrianus & apostata Iulianus relegauerant) primam curam habuit. quibus lata lege consuetudinem prębendorum frumentorum reddidit: quā constituerat Con

Athanasi9. stantinus&/ seruari prohibuerat Iulianus. Pręsertim Athanasium episcopum Alexandrinum mille tempestatum procellis & persecutionū turbinibus exagitatum ab Arrianis/in amicitiam & familiaritatem recepit: atq3 in Aegyptum remisit ad suam ecclesiā moderādā/quę diutius suo fuerat orbata & viduata pastore. Ad hęc. Auxētio Arrianorū pręsule defuncto qui Mediolanēsem episcopatum te-

Valentinianus. nuerat: omnes episcopos ęuocans Valentinianus imperator/admonuit eos ex diuinis eloquijs id cōstare/ꝙ is esset deligendus episcopus ecclesię: qui non verbo solum sed etiam boni operis exēplo sub iectos gubernet/ & semetipsum totius imitatorē virtutis ostendat/testemq3 doctrinę cōuersationē bonam habeat. Proinde talem in pontificali sede constituant: cui et imperator Romanus rerum summā gerens syncęre caput submittat/& eius monita vbi tanq̄ homo deliquerit/veluti medicamēta animę suscipiat. Cumq3 tota synodus imperatori suggereret vt ipse magis decerneret quisnā ecclesię esset pręficiendus: & omnes in ea re suo starēt arbitrio. respondit Valentinianus/ad ipsos omnino hāc spectare electionē: vt qui virtute & doctrīa fulgētes melius norint/quisnā ecclesię gubernādę esset magis idoneus. Vbi autem paulo post accepit electum cō

Ambrosius muni omnium cōsensu Ambrosiū/illius loci pręfectum ac pręsidem: ei electioni tāq̄ diuinitus factę

mirum in modũ congratulatus eſt/dicens. Gratias ago tibi domine omnipotẽs/et ſaluator noſter: quoniam huic viro ego quidem commiſi corpora/ tu autem animas/& meam electionem oſtendiſti iuſtitię cõuenire. Hęc omnia latius refert hiſtoria tripartita libro ſeptimo. Omitto dedita opera/ne ſim prolixior ęquo: Gratianum/Theodoſium minorẽ/ Arcadium/ Honorium/ Iuſtinianũ/ optimos imperatores: qui omnes ſacerdotalem ordinẽ miro coluerunt honore & ampliſſimis beneficijs exornarunt.

¶Neq; hac i parte/ ſua laude fraudãdi ſunt inclyti Francorũ reges: quibus peculiare id quõdã fuit & conſuetudinarium/ periclitanti Apoſtolicę ſedi & graui aduerſitatum mole laboranti ferre ſuppetias. Siquidẽ Carolus Martellus a Gregorio tertio Romano pontifice rogatus/vt illi cõtra Luithprandũ regem Longobardorum auxiliũ ferret: per legatos egit vt is infeſto agmine Romanam premens vrbẽ ab obſidione diſceſſerit/& in gratiam cũ pontifice redierit. Cui9 filius Pipinus/paternę virtutis ęmulus: rogatu Stephani ſecundi ſummi pontificis exercitum in Italiam aduerſus Aiſtulphũ Longobardorum regem eccleſiaſticam ditionem vexantẽ bis duxit/ipſumq; ad reſtituendum quęcũq; eccleſię abſtulerat cõpulit. Ab hac autem paterna virtute nõ degenerans Carolus magnus: Adriani primi/ſummi pontificis aduerſam ſortem miſeratus/a Deſiderio rege Longobardorũ grauiter oppreſſi: cũ validiſſimo exercitu in Italiam profectus eſt/& Deſiderium bello ſuperatum atq; captum cum vxore & filijs Leodiũ relegauit. Leonẽ itidem tertiũ ſummũ pontificem a ſeditioſis quibuſdam vrbe expulſum idem in Italiam mota expeditione/in ſuam ſedem

Carolus martellus.

Pipinus.

Carolus magnus.

restituit: sumpto de coniuratis ac seditionis autho=ribus supplicio. Demum ad Ludouicum Iuniorē
Ludouicus Iunior. Ludouici Grossi filium velut sacerdotalis dignita=tis patronum confugit fortissimus propugnator ecclesiasticæ libertatis beatus Thomas archiepisco pus Cantuariensis/sua sede indigne deturbatus: & eodem fere tempore Alexāder tertius/ab improbis quibusdam vrbe Italiaq; pulsus. Qui libēter eccle=siȩ patrocinium suscipiens: vtrūq; eorum suȩ sedi cum summa authoritate restituit. Ex his itaq; con=stat/sacerdotalem ordinem apud imperatores & re ges plurimi semper existimatū esse: cum ethnicos/tum veri dei cultores/ & hinc magnam illi dignita=tem ornatum atq; splendorem accrescere.

¶Quod deus honorari sacerdotes prȩceperit: & in illorum contemptores acerba punitione animad uerterit. Cap. IIII.



Ec humana solum cōstitutione id sancitum est aut obseruatū/ hono=randos esse & prȩcipua colēdos re=uerentia sacerdotes: sed & diuina/ cū & antiqua et noua lege idipsum iusserit deus. Siquidem Ecclesiasti
Eccl. 7. cus id sedulo faciundum ita admonet. In tota ani=ma tua time deum: & sacerdotes illius sāctifica. In omni virtute dilige eum qui fecit te: & ministros eius ne derelinquas. Honora deū ex tota anima tua & honorifica sacerdotes. Da illis partem/sicut man datū est tibi: primitiarum & purgationis Ad hȩc.
Exodi. 20. Districte prȩcepit deus honorādos esse parētes. Ho nora (inquit) patrem tuum & matrem tuam: vt sis longȩuus super terram. Atqui sacerdotes/nobis pa rentum loco habendi sunt: q; patres sint nostri spi=

ritualesl& vitę spiritualis consequendę ministri: & a quibus maiora q̃ a parentibus secundum carnem beneficia accepimus. Quod his verbis contestatur Ioannes Chrysostomus:libro tertio dialogorũ de dignitate sacerdotali. In beneficiis (inquit) maior virt9 sacerdotibus a deo data est: q̃ carnalibus parẽtibus nostris. Tantumq; inter vtrunq; differt:quantum inter vitam pręsẽtem & futurã. Alteri quippe in hanc:alteri vero in illam generant. Et illi quidem nec corporalem possunt propellere mortem: nec incurrenti obsistere infirmitati. Hi vero laborãtem animam & iamiamq; perituram saluauerunt frequenter:alios de graui condemnatione liberantes/alios vero nec in leuem sinẽtes incidere. Nec vero hoc solum docendo ac monendo faciũt:sed etiã orationibus adiuuando. nec solum quando nos regenerauerũt:sed etiam deinceps potestatem habẽt indulgendi peccata. Et reliqua:quę in idem propositum cõtinue prosequitur/& pręclare deducit. Idẽ quoq; paulo ante de sacerdotibus loquẽs/ait. Quomodo ergo nobis isti non solum reuerendi magis q̃ aut reges aut iudices:sed etiam magis erunt honorabiles q̃ parentes? Illi quippe: nos ex carnis & sanguinis voluptate genuerunt. hi vero nobis sunt demũ regenerationis authores:& sanctę illius qua reformamur libertatis/veręq; adoptionis filiorum. Hęc Chrysostomus. Proinde sicut filius cõtumax et in parẽtes rebellis/ĩ Deuteronomio iubet̃ iterfici: ita & nolẽs obedire sacerdotis ĩperio & superbe illi resistẽs/ pręcipit̃ a domino morte mulctari/ vt paulo ante ex Deuteronomio est adductũ testimoniũ. Vt ex cõsimili ratione pœnę pręuaricatoribus infligendę: intelligamus haud dissimilem obligatio-

Chrysosto.
Deute. 21.
Deute. 17.

nem ad vtrosq̧ honorandos/obseruandos/ac colen dos parentes. & diuina sanctione non minus nos esse astrictos ad honorē sacerdotibus: q̄ parentibus secundum carnem/impendēdum. Pręterea beatus

1.timo.5. Paulus ad Timotheum scribens ait. Qui bene pręsunt presbyteri: duplici honore digni habeant̄/ maxime qui laborāt in verbo & doctrina. Duplici honore inquam: spiritualis obediētię/& subministrationis rerum exteriorū. Quod ex beato Augustino

Augustin9, protinus innotescit: hūc locū ita exponente. Boni dispensatores & fideles/nō solum honore sublimi pręueniri debent: sed & terreno. vt non contristentur indigentia sumptuum/& gaudeant obedientia spiritualium. ¶Porro conuincitur idem nostrum propositū ex graui punitione a deo & hominibus inflicta ijs/qui in sacerdotes ausu sacrilego insurgere tentarunt: aut illorum officium insolenter vsur-

Nume.16. pare vltra suā sortem. Siquidē Dathan et Abiron in Moysem & Aaron sacerdotes domini seditionē excitantes/ac ambientes sacerdotium (quo erant in digni) diuino decreto ipsi Aaron designatum: subito terrę hiatu viui absorpti sunt. eorumq̧ complices in Moysem et Aaron deinde obmurmurare ausos/ & commotionem suscitare: vltrix flamma consumpsit/quam dei immiserat ira. Quid autem me-

Chrysosto. reantur horū exemplo/sacerdotum domini contēptores: audiatur Chrysostomus in tertio libro dialogorum de dignitate sacerdotali dicēs. Qui noui testamenti sacerdotes despiciunt: magis michi rei q̄ Dathan & Abirō videntur/ digniq̧ maiori supplicio. Quoniam & illi etsi īdebitum honorē vsurpare voluerunt: tamen magnam habuerunt ministerij ipsius ęstimationem/ cuius se velle fieri parti-

cipes vel temeritate docuerunt. Hi vero quãto huic officio multum honoris accessit & in gloriam pro mouit altissimã: tãto ex aduerso q̃ Dathan & Abi ron atq; ausu maiore delinquũt. Neq; enĩ ęquale peccatũ est: indebitum honorem velle peruadere/& quod tam magnum est audere despicere. sed tanto grauius est istud illo: quantum distat inter ambitũ & despectũ. Hęc ille. Ad hęc. Maria soror Moysi Nume.12.
quoniam mitissimum fratrem & sacerdotali insignem honore lacessiuit iniurijs: iram dei in se prouocauit/lepraq; percussa est. Ob quod septẽ diebus separata extra castra: demũ precibus fratris sui bonum pro malo reddentis/est sanitati restituta. Ecce quomodo vindex est deus in eos: qui sacerdotibus iniurij sunt/aut grauem inferunt molestiã. De quibus per prophetam dicit. Nolite tangere Christos Psal.104.
meos: et ĩ prophetis meis nolite malignari. Et rursum alio loco. Qui tetigerit vos: tangit pupillã ocu Zacha.2.
li mei. Insuper Saul rex Israel temerario ausu victimas immolauit domino: sacerdotis opus sibi impudenter arrogans. neq; expectauit Samuelẽ iuxta 1.regũ.13.
cõdictum: cuius munus erat sacrificia deo offerre. At q̃ ingrata fuit deo hęc alieni iuris & sacrificij offerendi vsurpatio: ostendunt hec verba Samuelis ad Saul. Stulte (inquit) egisti: nec custodisti mãdata domini dei tui/quę pręcepit tibi. Quod si nõ fecisses: iam nunc pręparasset dominus regnum tuũ super Israel in sempiternũ/sed nequaq̃. regnũ tuũ vltra consurget. Quibus sane verbis prędicitur ipsi Saul deiectio a regno: ob insolentem hãc pręsumptionem qua sacerdotalem sibi functionem vendicauit. Haud dissimiliter Ozias rex Iuda ob multas 2.para.16.
res prospere & pręclare gestas eleuatus in superbiã/

eo deuenit insolentię: vt ingressus templũ domini adolere tẽtauerit incensum super altare thymiamatis. nec audire voluit monita Azarię sacerdotis/ hęc illi suggerentis. Non est tui officij Ozia/ vt adoleas incensum domini: sed sacerdotum id est filiorum Aaron/ qui cõsecrati sunt ad hoc ministeriũ. Egredere de sanctuario/ ne contẽpseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a domino deo tuo. Verũ iracũdia cõcitatus Ozias & tenẽs manu thuribulũ: comminabatur sacerdotibus recta monẽtibus. Ob quod subito apparuit lepra oborta in fronte eius: et continuo egressus est templo/ persentiens manum domini. & ne humana quidem habitatione aut societate dignus est habitus deinceps: qui diuina ministeria arrogãter sibi voluit vsurpare/ ambulareq; in magnis ac mirabilibus super se. Demum vt secundus Machabęorum liber enarrat: cum instigatione Menelai viri nepharij & ambientis sacerdotium/ Andronicus regis pręfectus Oniam optimũ põtificem Iudęorum dolo interemisset: nõ solum Iudęi sed alię quoq; nationes indignatę sunt/ moleste ferentes tãti viri necem iniustam. Quam cum ex aliorum querimonijs Antiochus rex audisset: valde contristatus est animo. flexusq; ad misericordiam lachrymas fudit: recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. Accensusq; animo Andronicum purpura exutum per totam ciuitatẽ iubet circunduci: & in eodẽ loco in quo in Oniam impietatem commiserat/ sacrilegum vita priuari/ domino illi cõdignam retribuente pœnam. Magnus itaq; debetur honos sacerdotibus/ in quos nefarias extendentes manus aut eorum officia peruadẽtes: vindicem dei dextram non effugiunt.

Azarias. 2. mach. 4. Antiochus

¶Quod magna est sacerdotũ dignitas ob potestatem consecrãdi verum Christi corpus: ipsis a deo traditam. Cap. V.



Mnium autem maxime eminet dignitas sacerdotalis in sublimitate fũctionis illius et officij: quo verũ Christi corpus ĩ altaris ministerio consecrant & sanguinem/ panẽq; saluificum & calicẽ benedictionis offerunt deo pro totius mundi salute. Ea quippe potestas/neq; regio diademate insignitis neq; imperiali adornatis corona/indulta est: sed neq; angelicis spiritibus & substantijs illis supercœlestibus longe supra hominem naturę perfectione collocatis/& indisseparabiliter deo affixis. Quinimo nec sacrosanctę virgini Marię/super omnes mortales & gratiarum affluentia & glorię celsitudine sublimatę: id traditum est munus. q̃uis alia permulta dona illi elargita sit diuina bonitas: hoc sacerdotali ministerio longe augustiora. vt q́ spiritu sancto fœcũdata Christum castis sit complexa visceribus verum deum & hominem: illesaq; virginitate salutiferum toti mundo fructũ ædiderit. Hoc etenim singulare priuilegiũ/quo dei mater effulget & virgo intacta: omnẽ trãscẽdit sacerdotalis sanctionis nobilitatẽ atq; prętãtiã. Nichilosecius illi deiparę virgini nõ permissa est potestas offerendi sacrificiũ istd viuificũ neq; altaris ministeriũ excercẽdi: q́ sui sexus cõditio illi repugnet/quę tamẽ sacerdotibus presertim nouę legis est tradita. Porro hãc dignitatis rationẽ sacer Chrysostomus ĩ tertio libro dialo Chrysosto.

gorũ de dignitate ſacerdotali mirifice extollit: his verbis ſanctum Baſilium cõpellans. Sacerdotij aũt de quo loquimur aſpice dignitatem. Agitur quidẽ in terra: ſed officium eius cœleſtibus negocijs con=tinetur. Et quidem cõſequenter. non enim homo/ non angelus/ nõ archangelus/ neq; aliqua alia crea tura/ nõ virtus/ ſed ipſe ſpiritus ſanctus hoc munus inſtituit: atq; adhuc manentes in carne/ miniſterio prӕſtitit angelorum fungi. Propter quod oportet pontificẽ quaſi qui in ipſo conſtat cœlo/ illiſq; vir=tutibus miſceatur: ita ſplẽdore vitӕ eſſe radiatum. Deinde paulo poſt ait. Cum im m olatũ dominũ noſtrum & incenſo aſtantem videris ſacerdotem atq; imprecãtẽ/ omneſq; pariter p̃cioſo imbui ſan guine: adhuc te eſſe cum hominibus arbitraris? & non continuo tranſlatus in cœlos/ omnẽq; de men te ſenſum carnis excludẽs/ nuda anima ſenſuq; mũ diſſimo inter ea quӕ ſunt in cœleſtibus cõſtitueris? O miraculum/ inquit: o dei in nobis beniuolentia. qui ſurſum ſedet ad dextram patris: ſacrificij tamẽ tempore hominum manibus cõtinetur. traditurq; lambere cupientibus eum/ & cum veneratione com

Leui. 9. plecti: fitq; hoc totũ ſub oculis humanis. Hӕc/ ille. Porro cum Aaron octauo poſt ſuam cõſecrationẽ die hoſtias immolaret ſecundum diuinӕ ſanctionis ritum/ & prӕparatas altari ſuperpoſuiſſet: apparuit gloria domini omni multitudini / & ecce egreſſus ignis a domino deuorauit holocauſtũ & adipes qui erant ſuper altare. Quuod cum vidiſſent turbe: lau

2. para. 7. dauerunt dominum/ ruentes in facies ſuas. In dedi catione quoq; magnifici templi per Salomonẽ deo extructi cum ipſe ſuã orationem ad deũ cõpleſſet: ignis deſcendit de cœlo & deuorauit holocauſta &

victimas/& maiestas domini impleuit domũ. Sed & omnes filij Israel videbant descendẽtem ignem/ & gloriam domini super domũ. & corruẽtes proni in terram super pauimentum stratum lapide: adorauerunt & laudauerunt dominum/quoniã bonus quoniam in sęculum misericordia eius. Deniq; cũ 3.regũ.18.
Helias Thesbites propheta superposito altari sacrificio orasset deum intentius/vt signo visibili se verum toti populo deum declararet ad ipsius conuersionem & salutem: cecidit ignis domini & vorauit holocaustum & ligna & lapides/ puluerem quoq; & aquam quę erat in aquęductu lambens. Quod cũ vidisset omnis populus: cecidit ĩ faciem suã & ait. Domin9 ipse est deus/ dominus ipse est deus. Admiranda nẽpe hęc(inquit Chrysostomus) & totius Chrysosto.
plena stuporis. Sed transi ex istis ad ea quę nunc aguntur: & non solum miranda ea/sed omnem stuporem transcendẽtia videbis. Stat quippe sacerdos non ignem educens: sed spiritum sanctũ. diu preci incumbens: non vt illa desuper accensa lampas cõsumat apposita/sed vt aduolans gratia spiritus sancti sacrificio: per ipsum cunctorum mẽtes accẽdat/ & splendidiores reddat argento per ignẽ probato. Hęc/ille. Et plane visibilia illa quę in hisce tribus iam memoratis sacrificijs sensibiliter gesta sũt/ per ignis e cœlo descensum: sunt inuisibilium eorum quę quotidie in altaris aguntur sacrificio symbola & signa/virtutis scilicet spiritus sancti ĩcorporaliter descendentis super oblationem altaris/ad illius ineffabilem sanctificationem. ¶Et non modo spiritus sanctus/sed & cœlestia agmina assistunt sacerdoti sacra facienti: dominumq; suum & omnium officioso circũstãt obsequio atq; adorãt. Quod ita

Gregorius. astruit Gregorius in homilia paschali. Quis fideliũ dubiũ habere possit: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cœlos aperiri? in illo Ihesu Christi mysterio ãgelorũ choros adesse/sũma & ima sociari: vnũq ex inuisibilibus atq visibilib9 fieri? Et rursum. Vno (inquit) eodẽq tẽpore ac momẽto in cœlũ rapitur panis/ministerio angelorũ corpori Christi sociãdus: & ante oculos sacerdotis in altari videtur. Idẽ quoq cõprobat Chrysostomus in sexto li-

Chrysosto. bro dialogorũ de dignitate sacerdotali. Tũc inquit (tẽpore scilicet oblatiõis sacrificij super altare) etiã angeli circũstãt sacerdotẽ: & tribunal atq altaris locus cœlestibus virtutibus adimpletur/in honorẽ illius qui immolatur. Quod quidẽ ex ipsis quę agũt ostẽditur. Ego autẽ (ait) audiui referẽte aliquo: qm̃ presbyter quidam vitę sanctitate mirabilis & qui reuelationes soleret videre/retulisset illi tale spectaculum. se aliquando vidisse/id est sacrificij tẽpore conspexisse angelorum multitudinem (sicut ei possibile erat intueri) stolis fulgentibus circũdantem & altare coronantem: cum officio quo circa regem suũ milites stare consueuerunt. quod michi facile persuasum est. Alter vero (inquit) michi retulit: non ab alio se audisse dicẽs sed ꝙ ipse vidisset/quoniam de sęculo hoc recedentes qui participes mysteriorum illorum in conscientia munda fuerint: cum efflauerint vltimũ spiritum/subuehi eos alacres manibus angelorũ. Hęc/ille. ¶ Ex quibus constat: multo augustiorẽ sacerdotũ nouę legis q̃ veteris esse dignitatem. Leuitici enim generis sacerdotes tabernaculo deseruientes: pecora tantũ immolabãt/agnos/oues hircos/capras/arietes tauros & auiculas. illorumq sanguinẽ multiformi ritu fundebãt per altaris cre-

pidinē:quorū oblatione nec ipsi sanctificabātur interius/nec in alios sanctificationis gratiā trāsfundebant. Nouę vero legis sacerdotes secūdū ritū Melchisedech initiati: panē & vinū offerunt domino. panē inquā supercœlestē/quod verū est Christi corpus: & vinum sanctificationis/qui verus est Christi sanguis/effusus in ara crucis cū īmolatus est verus agnus qui abstulit peccata mūdi. qui & quotidie offertur in altari: ad illius vnicę oblationis memoriā atq̧ reprę sentationē. Cęterū nō insolescāt sacerdotes neq̧ intumescāt animo: cū tantā audiūt prędicari suā dignitatem adeoq̧ sublimē. sed in spiritus humilitate gratias agāt deo bonorū omnium largitori (qui dedit talē potestatē hominibus) ꝙ eos tāto dignatus sit honore: & ad tā arduū opus asciuerit. enitāturq̧ impēsius vt pro tanti officij dignitate recte viuāt: nec acceptā administrationē sordidę vitę cōtaminēt inquinamētis/nec viciorū labe polluāt.

¶Quātę virtutis et efficacię est sacratissima hostia: quę per nouę legis sacerdotes in altaris sacrificio offertur. Cap. VI.

EXploratior insuper erit & perspectior sacerdotalis ordinis dignitas / quantū ad offerendi munus & sacrificādi: si cognita fuerit apertius excellētia & nobilitas ipsius singularis & salutaris hostię cuiꝰ faciūt oblationē sacerdotes. quā collatione eius ad hostias veteris legis facta: haud difficile erit colligere. Enimuero multiplices legūtur in Leuitico fuisse institutę hostię: diuersas sortitę denominationes pro diuersitate rationum ob quas offerebantur. Hę namq̧ pro peccato dicebantur offerri: quę in perpetrati peccati expurgationem & satisfactionem Leuiti. 3.

fiebant. Alię pacificorum dicebantur hostię (quę sa
Leuiti. 3. lutaria sacrificia appellat Origenes in leuiticũ) im
molari solitę aut in postulationē accipi:r di bene=
ficij / aut in gratiarum actionem pro beneficio iam
Leui. 26. accepto. Erat & hostia expiationis / pro totius popu
li propitiatione semel quotannis offerri solita: cum
sacerdos magnus sanguinem hirci pro peccato po=
puli oblati intulit in sancta sanctorum corã propi=
ciatorio. Pręterea & holocaustũ hostia erat hebręo=
rum: quę tota cõcremabatur domino ĩ altari. Iuge
vero sacrificiũ / alterius erat generis hostia: quę quo
tidie bis sine intermissione offerebatur / & mane sci=
licet & vesperi. Fuerunt & alia multa sacrificiorum
genera apud Israeliticum populum in vsu: quę &
prolixum foret enumerare / & in leuitico habentur
exacte digesta. At vero hęc vnica noui testamēti ho
stia: omnium istarum est consummatio & veritas.
quoniam ipsa cęterarum immolationi finē impo=
suit / & omnium earum exemplar est absolutũ atq;
archetypus. Proinde ipa vnice & collectim in se cõ
plicat atq; complectitur: quicquid virtutis & effica
cię habent sparsim & singillatim omnes hę multi=
formes veteris legis hostię. Est enĩ ipsa / hostia pro
peccato: quoniam verus est agnus dei qui tollit pec
cata mũdi. Est & hostia pacificorũ: quoniam nos
deo pacificat / recõciliat / & placat. efficacissima qui=
dem ad impetrandum quęcunq; lubet a deo expo=
scere: & ad agendas deo gratias de susceptis bonis /
Hebræ. 9. maxime conueniens. Ad hęc / eadem est expiationis
hostia: & oblata deo in propitiationē pro peccatis
nostris. non pro nostris autem tantũ: sed etiã pro
totius mundi. Certe preciosus huius hostię sanguis
illatus est in sancta sanctorum scilicet in cœlũ / per

summum põtificem nostrum Christum: et paternę maiestati oblatus in peccatorum nostrorum expia- tionem / & totius mũdi reconciliationem. Rursum ipsa est holocaustum: quoniam tota igne charitatis feruentissimo in ara viuificę crucis est succẽsa. Ma- Ioan.15. iorem (inquit) hac dilectionẽ nemo habet: q̃ vt ani mam suã ponat quis pro amicis suis. Quod si ani- mam suam pro amicis suis ponere / eximię charita tis est argumentum: nõne ardentioris amoris indi- cium est / animam suam ponere pro inimicis suis? Hoc autem Christus nobis exhibuit: quoniam cũ inimici essemus / pro nobis mortuus est. Demũ ea- Roma.5. dem hostia iuge est sacrificiũ: quoniã iugiter et sine intermissione ad cõsummationem vsq; sęculi offe- retur / vt prius ostensum est. Quotienscunq; em̃ (ait 1.corin.11. Paulus) manducabitis panem hũc & calicem bibe- tis: mortem domini annũciabitis donec veniat / ad iudicium scilicet: in fine mundi. Non igitur ante cessabit hęc oblatio: quę est preciosę mortis Christi semel exhibitę quotidiana annunciatio atq; expres- sio. ¶ Verum vt diuersa creaturarũ genera multi- formibus suis perfectionibus non possunt attinge re neq; ex ęquo referre totam dei perfectionem: quã tamen omnia (singulum pro suo modulo & rati- one) exprimunt & vtcunq; depromunt / q͂ diuina perfectio: immensa sit & absoluta. haud secus hæc hostiarum veteris legis multiformitas atq; varietas nequaq̃ potest assequi aut ęquare virtutem & effica- ciam istius vnius hostię: quam tamen singulę quo- quo pacto effigiant & depingũt. q͂ eius spiritualis energia / vis atq; potẽtia: nullo possit limite claudi / nulla concludi meta / nullis finibus compręhendi. Quicquid igitur commendatione dignũ / admiran

dum aut laudabile in quauis hostia veteris instituti inueneris: id omne sine hęsitatione eminentius atq; excellentius in hac exemplari & archetypa emicat hostia. & longe amplius/ q̄ tota hostiarum antiquę legis numerositas: in se continet/ ambit atq; comprehendit. ¶Quodq; his maius est/ hęc eadem salutaris hostia & summa: ipsi summo & primo sacerdoti coincidit. estq; idem sacerdos & hostia: q seipsum in cruce pro nobis deo patri obtulerit. & supremus quidem sacerdos & suprema hostia: & primus dignitate sacerdos & prima hostia. Atqui ĩ tota veteris testamẽti serie: nęquaq̄ est inuenire hostiã ipsi sacerdoti coincidentem. Alius nãq; semper est qui offert hostiã: & alia est hostia quę offertur. Nisi fortasse ipsum Isaac excipias: qui sponte seipsum prõptoq; animo obtulit/ atq; exhibuit paternę volũtati. Verũ id factũ est/ vt pręcurreret huius admirãdę rei figura: & ab ipso Abrahã factũ est illius oblationis ministeriũ. Sed neq; ĩ toto sacerdotũ noui testamenti catalogo aliũ quẽpiam assignes: qui simul sacerdos fuerit & hostia/ seipsumq; deo in verũ obtulerit sacrificiũ. etsi spiritualiter quisq; sese deo offerre possit hostiã viuentẽ/ sanctã/ & beneplacẽtẽ: quãtum ad obsequiũ & bonorũ operũ exhibitionẽ. vt plane intelligamus hãc sacerdotis & hostię coincidentiã atq; cõcursũ in eo solo cõperiri: qui ĩ vtroq; primatum tenet/ summũq; dignitatis fastigium & culmen. ¶His accedit et aliud sacerdotũ veteris legis ministeriũ/ ferẽdi videlicet arcã domini: quę ex lignis sethim imputribilibus erat cõpacta/ intus & foris auro purissimo vestita/ & continẽs suo sinu tabulas legis Mosaicę/ virgã Aaron quę fronduerat/ & vrnã aureã mãna cõtinẽtẽ. Neq; cuiq̄ licitũ erat

Gene. 22.
Exodi. 25.
Hebrę. 9.

arcam illã vmbratilẽ & figuralẽ deferre: nisi qui ex Leuitico genere fũgeret sacerdotio. At nouę legis sacerdotes deferũt hãc salutiferã arcã: aut in solenni & publica toti⁹ populi supplicatiõe/aut ad ĩfirmos & limina tẽpli accedere nõ potẽtes/eo salutari anti doto muniẽdos. neq cuiq̃ alteri fas est: id sibi ministerij vẽdicare. Neq ab re arcam eã appellauerim spiritualẽ & mysticã: quę verũ Christi corpus cõtinet / nulla peccati cõtagione aut putrefactione vnq̃ contaminatũ. quę mirũ charitatis ardorẽ & virtutũ omnium ornamentũ pręfert. quę deniq verũ legislatorẽ regia potestate insignẽ/ & syncęrã ipsius humanitatẽ incredibili diuinitatis dulcedine refertã/ vere integreq cõplectitur. Hęc certe est arca sanctificationis: in qua oĩs sanctimonia exundat/ & sanctus sanctorũ cõsistit. Hęc itidẽ arca testamẽti est: sed noui/nõ veteris. Hęc etiã arca est fœderis perpetui: ĩter deũ & hominẽ. Hęc deniq arca est viua & aĩata: in qua oĩs est plenitudo gratię. quę interitum nõ est passura/vt arca Mosaica: sed permanet ĩ ęternum. Multũ igit̃ dignitatis accedit sacerdotalẽ functionẽ gerẽtibus: ꝙ hãc tantã & talẽ ĩmolare hostiã hãc quoq singularẽ deferre arcã/ ex sãctione ecclesiastica possint: qđ alijs oĩbus negatũ esse cõstat.

¶Ex potestate ligãdi & soluendi sacerdotibus indulta/administrandorumq sacramentorũ: magnam ipsorum conuinci dignitatem. Cap. VII.

NEc minus sacerdotalis dignitatis est argumẽtũ: ꝙ illi est cõcessa potestas ligãdi & soluẽdi super terrã/nõ corpora hominũ sed animas / ꝙq huiusmodi sententia diuinę maiestatis cõsistorio atq prętorio approbatur. Per hanc siquidem administrationem: & animę peccatis mortuę reuocãtur ad

vitam/& gehennę filij fiunt filij regni:et dęmonum implicati laqueis ſoluuntur ab hiſce vinculis/& libertati reſtituũtur. Sane nec reges nec principes terrę ęquam habent huic poteſtati virtutem : ſed neq; angelis cœleſtibus collata eſt hęc facultas/qua ſoluant aut ligent hoies in terra. Quod & ipſius Chryſoſtomi teſtimonio clarius innoteſcit: ita in tertio libro dialogorum de dignitate ſacerdotali cũ Ba-
Chryſoſto. ſilio differentis. Sacerdotes (inquit) qui terrã incolũt atq; in ea cõuerſantur : cœleſtia diſpenſare meruerunt/& poteſtatem acceperunt quam neq; angelis neq; archangelis dedit deus. Neq; enim ad illos
Matthęi 18 dictum eſt. Quęcũq; ligaueritis ſuper terram: erũt ligata & in cœlo. & quęcunq; ſolueritis: erunt ſoluta. Habent quidem & mundi principes vinciendi aliquam poteſtatẽ: ſed cui in ſolis corporibus licet. Hoc autem vinculum quod ſacerdotibus eſt commiſſum: ipſam contingit animam/trãſitq; cœlos. vt ea quę operati fuerint ſacerdotes deorſum : etiã deus confirmet in cœlis/ſententiãq; ſeruorum dominus ipſe corroboret. Quid ergo reliqui eſt: ſi om
Ioan. 20. nis eis commiſſa eſt poteſtas cœlorũ? Quorũcũq; enĩ dimiſeritis peccata: dimittentur. & quorũcũq;
Ioan. 5. tenueritis: tenebuntur. Quę poteſt inueniri maior poteſtas? Omne iudicium dedit pater filio. At hoc video a filio totum ſacerdotibus eſſe cõmiſſum. ac ſicut iam trãſlati in cœlum/& humanã tranſcendẽtes naturam/atq; a noſtris infirmitatibus liberati: in tãtũ inuecti ſunt principatum. Deinde ſenſibili exẽplo manuducit nos Chryſoſtomus ad intelligẽ-
Chryſoſto. dam huius poteſtatis ſublimitatẽ. Nã ſi imperator (inquit) alicui ſubditorũ honorẽ impartiatur eiuſmodi/vt quos voluerit in vincula cõtrudat/ laxetq;

quos voluerit: dignus inuidia & conſpicuus ab omnibus æſtimatur. Hic qui a deo acceperit tanto maiorẽ his quę diximus poteſtatẽ/quanto eſt cœlum q̃ terra precioſius/& quãto precioſior eſt anima q̃ corpus: ita ne modico affectus honore credetur / vt aliqui etiã ſuſpicentur poſſe hanc artẽ ab illis quibus fuerat commiſſa cõtemni? Procul/procul fiat talis inſania. Ex quo recte colligit idẽ ſacer author eminentiã ſacerdotum noui teſtamenti ſuper eos qui in veteri lege fungebãtur eo officio: cum ait. Et quidẽ ſacerdotes in veteri teſtamento habebant poteſtatẽ curandi corporis lepram. immo non curandi: ſed oſtendendi tãtum eos quos conſtabat eſſe mundatos. & noſti: quãtus ibi imminebat dolor. At hi nõ corporis lepram/ſed immũditiam mentiũ: non ex parte probandi/ſed omnifariã mundandi obtinẽt poteſtatem. Hęc/ille. Nec ſolũ reconciliationis ſacramentum pręſtatur hominibus miniſterio ſacerdotũ: ſed & regenerationis ſãctę lauacrũ/ & ſanctũ euchariſtię myſterium/& nuptialis fœderis benedictio/& vnctionis extremæ illinimẽtũ. Quę oĩa magnã conferũt ſalutẽ hoĩbus: et ſacerdotali dũtaxat officio coĩcari poſſunt. vt cõſtituiſſe videatur deus ſacerdotes: tanq̃ ſpiritualiũ antidotorũ (quę in medicamentũ ægrotãtis animę ſanxit & dereliquit in terra) diſpẽſatores atq; miniſtros. Quod & Chryſoſtomus his cõteſtatur verbis. Neq; aliud q̃ furor vocãdus eſt/cõtẽnere illud miniſteriũ: ſine quo nobis nec ſalus/nec ea quę ſunt promiſſa bona reddẽtur. Nemo eni valebit igredi in regnũ cœlorũ: niſi ex aqua renat9 & ſpiritu. Et qui nõ mãducat carnẽ domini nec bibit eius ſãguinẽ: nõ habebit vitã ęternã. quę per nullius alterius miniſteriũ: q̃ ſãctis effi

Idem. Leui. 14. Chryſoſto. Ioan. 3. Ioan. 6.

ciuntur manibus ſacerdotũ. Nec gehẽnę vtiqꝫ ignẽ vitare/nec promiſſorũ remuneratione potiri: niſi ꝑ illorũ valemus officiũ. Iſti enim ſunt qui nos ſpiri-tuali affectione parturiũt: & generatione baptiſmatis exequuntur. Per ipſos Chriſtũ induimus/ & per ipſos cõiũgimur dei filio: per ipſos mẽbra beati il-lius capitis efficimur. ¶ Quod inſuper orationibꝰ ſuis plurimũ nobis opitulari valẽt ſacerdotes/et prę ſidiũ ſalutis afferre: idẽ oſtendit ex ſententia beati Ia-

Iacobi.5. cobi dicentis. Infirmatur aliquis ex vobis: adducat preſbyteros eccleſię & orabũt ꝓ eo vngẽtes eũ oleo. & oratio fidei infirmũ ſanabit/ & ſuſcitabit eũ dominus/ & ſi in peccatis eſt: dimittẽtur ei. Deniqꝫ ꝙ orationũ ſuarũ inſtãtia nos efficacius adiuuare poſſunt ſacerdotes/q̃ filij ſuos parẽtes ſecũdũ carnem:

Chryſoſto. his deinde verbis aſtruit. Parẽtes etiam naturales ſi aliquas ſęculi poteſtates offẽderint: filij eorũ nichil eis poterũt prodeſſe. Sacerdotes vero nõ ſolũ potẽtes & reges: ſed etiã ipſũ deũ freqũeter iratũ ſua interceſſione nobis cõciliant. Hęc/ille. Neqꝫ id ſane pręter officiũ faciũt: vt qui inter deũ & homines cõſtituti ſint mediatores/vt & hoĩes ad deũ ſubuehant per ſacrorũ myſteriorũ participationẽ atqꝫ coĩcationẽ: necnõ per internã ſacrę & ſalutaris doctrinę trãſfuſiõe factã illuminationẽ. vt etiã deũ ad hoĩes inclinent atqꝫ deducãt per beneuolã cõdeſcẽſionẽ/ placationẽ atqꝫ recõciliationẽ: pijs precibus impetratã. Quod quidẽ ſacerdotũ munus & officiũ/ orãdi inquã pro toto populo ad diuinã miſericordiã

Iohe.2. impetrandã: Iohel ꝓpheta ſic iſinuat. Inter veſtibulũ & altare plorabũt ſacerdotes miniſtri dñi: & dicẽt. Parce domine parce populo tuo: & ne des hereditatẽ tuã ĩ opprobriũ/vt dominẽtur eis nationes. Quare dicũt in populis: vbi eſt deus eorũ? Et in ſa-

cra Machabęorũ hiſtoria cum Hebręi ab aduerſa-
rijs/multis premerẽtur aduerſis caſibus: id inter cę
tera annotatũ eſt ꝙ orationẽ faciebãt oẽs ſacerdo-
tes dũ conſũmaretur ſacrificiũ: Ionatha inchoãte/ 2. macha. 1
cęteris aũt reſpondẽtibus. Domine deus omnium
creator/terribilis & fortis/iuſtus & miſericors: qui
ſolus es bonus rex/ſolus pręſtans/ſolus iuſtus/ om-
nipotẽs & ęternus/qui liberas Iſrael de omni malo/
qui feciſti patres electos et ſanctificaſti eos: accipe ſa
crificium pro vniuerſo populo tuo Iſrael/& cuſtodi
partẽ tuã & ſanctifica. Ad hęc. In tribulatione Iu- Iudith. 4.
dęorũ graui quã intulit Holofernes nũeroſo iſtru-
ctus exercitu/ oĩbus exterminiũ minitans: induerũt
ſe ſacerdotes cilicijs/& infantes proſtrauerũt cõtra
faciẽ tẽpli domini: & altare domini operuerũt cili-
cio. Et clamauerũt ad dñm deum Iſrael vnanimi-
ter: ne darẽtur in prędã infãtes eorũ/& vxores eorũ
in diuiſionẽ/& ciuitates eorũ ĩ exterminiũ/& ſãcta
eorũ in pollutionẽ: & fierẽt in opprobriũ gẽtibus.
& exaudita eſt oratio eorũ. ¶Demũ ſacerdotes ip-
ſos ſua oratione ſępius irã dei placaſſe/ĩ totũ popu
lum infenſi: varijs inſtrumẽti veteris exẽplis planũ
nobis redditur. Enĩuero poſtridie q̃ Chore/ Dathã Numeri. 16
et Abirõ dehiſcẽte terra ſunt abſorpti: oborta eſt ſe-
ditio populi/increuitq; tumultus cõtra Moyſem &
Aaron quorũdam improperantiũ illis ꝙ interfeciſ
ſent populum domini. coactiq; ſunt vterq; ad decli
nandum furorem populi: confugere in tabernacu-
lum fœderis. Quod poſt q̃ ingreſſi ſunt: operuit nu
bes tabernaculum/& apparuit gloria domini. Di-
xitq; dominus ad Moyſem. Recedite de medio hu-
ius multitudinis: etiã nũc delebo eos. Cũq; iacerẽt
ambo in terra/orantes pro populo ad deũ placãdũ:

Nume.16. dixit Moyses ad Aaron. Tolle thuribulum/ & hau
sto igne de altari mitte incensum desuper: pergens
cito ad populum vt ores pro eis. Iam enim egressa
est ira a domino: & plaga deseuit. Quod cũ fecisset
Aaron/ & cucurrisset ad mediam multitudinẽ quã
iam vastabat incendium: obtulit thymiama. & stãs
inter mortuos & viuentes: pro populo deprecatus
est/ & plaga cessauit. Rursum cũ fecisset sibi popu-
lus in deserto vitulum conflatilem et adorasset eum
litatis hostijs atq; sacrificijs: dixit domin9 ad Moy
Exodi.32. sem. Cerno ꝙ populus iste: durę ceruicis sit. Dimit
te me vt irascatur furor meus contra eos/ & deleam
eos: faciamq; te in gentem magnam. Moyses autẽ
orabat dominũ deum suũ dicens. Cur domine ira-
scitur furor tuus contra populũ tuũ: quem eduxisti
de terra Aegypti in fortitudine magna & in manu
robusta? Ne quęso dicant Aegyptij. callide eduxit
eos: vt interficeret in montibus/ & deleret e terra.
Quiescat ira tua: & esto placabilis super nequitia
populi tui. Recordare Abrahã Isaac & Iacob seruo
rum tuorũ: quibus iurasti per temetipsum dicens.
Gene.15. Multiplicabo semen vestrũ sicut stellas cœli: & vni
uersam terrã hãc de qua locutus sum dabo semini
vestro/ & possidebitis eã semper. Placatusq; est do-
minus ne faceret malũ: quod locutus fuerat aduer-
sus populũ suũ. Sed & alio tempore cum clamaret
Nume.14. aduersũ Moysem vniuersa multitudo/ exterrita vo-
ce exploratorũ qui missi fuerant ad contẽplandum
terram illis repromissam: & reuersi conterruerunt
cor populi/ incutiẽtes illi pauorẽ vanãq; formidi-
nem/ lapidibusq; Moysem vellet opprimere: cõcita
tus furore dominus cõminatus est ꝙ totũ populũ
feriret pestilentia atq; cõsumeret. Moysi tamẽ pre-

cibus placatus: manum a plaga cōtinuit. Sed nōne verus ipse summusq; sacerdos: ī die oblationis suę orauit patrem suum dicēs. Pater ignosce illis: quia nesciūt quid faciūt. & exauditus est a domino? Nā omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculū istud/ & videbāt quę fiebant: percutiētes pectora sua reuertebantur/ iam pœnitudine ducti ꝙ in mortem ipsius consenserāt. Et nunc quoq; assidue apparet vultui dei: & postulat iugiter pro nobis. Lucę.23. Hebrę.9.

¶Sacerdotem omnem/ sciētia rerum sacrarum ornatum esse debere/ & salutari doctrina: ad sui ministerij functionem. Cap.VIII.



Aeterum non poterit rite id ligādi soluendiq; ministeriū exequi & exercere sacerdos: nisi discernendi habeat scientiā qua recte diiudicet inter lepram & leprā/ inter eam scilicet quę magis est exitialis/ & quę minus exitij infert animę: ac inter varia mortiferorū criminum genera. Non valebit item recte sacerdos alios docere viā domini & veritatis luce probe illuminare: nisi sacras calleat literas/ diuinorūq; mysteriorū habeat peritiā/ atq; sacrorū eloquiorū intelligentiā. Quocirca primū sacerdotis ornamētū quo refulgere debet: est scientia rerū sacrarum/ & eorum quę ad suum spectant officiū notitia. Qua si prorsus careat: quomodo rectus aliorū dux erit in via domini? Nōne si cæcus ceco ducatum pręstat: ambo in foueā cadunt? Matth.15. ¶Certe ethnicorū & gentilium sacerdotes: legūtur insigni doctrina supra ceteros suę natiōis semper effloruisse. Vt apud Aegyptios/ sacerdotes negociorū sęculariū curis liberi/ ꝙ a regibus ānona illis assignaretur ad victū: rerum Sacerdotes ęgyptiorū

arduarum contemplationi vacare permissi sunt/vt author est in primo metaphysicorũ libro Aristoteles: & mathematicas artes ibidẽ primũ inuenerunt. Fuitq; adeo illustris & celebris Aegyptiorum sacerdotũ in toto orbe sapiẽtia: vt Lycurgus Lacedęmonius/Pythagoras Samius/Plato Atheniẽsis/Democritus Abderites/& fere gręci omnes qui singulari claruerũt doctrina: in Aegyptũ ad sacerdotes profecti sint/vt morũ instituta & disciplinã illorũ perciperent. Sic apud Babylonios Chaldęi eorũ sacerdotes/illum locũ in sua republica/ quẽ Aegyptiorum sacerdotes: quondã habuere. Ad cultum enim deorũ (vt Diodorus siculus author est) deputati: per omnẽ vitã philosophari solebãt. Astrologię (quod omnes concedũt) vltra cęteros peritissimi habebantur: cũ in ea diutius versati sint. et eorũ quę ad sacra pertinẽt: sciẽtissimi. Apud Persas itẽ Magi illorũ sacerdotes maximo in precio fuere: & id nomen a magnitudine scientię sunt assecuti. Ab illis autem profluxerũt Indorũ gymnosophistę / qui ab omni opere immunes soli rerũ cõtemplationi & sapiẽtię fuerunt intenti: & sacrificiorũ dijs offerendorũ curam habuerũt. Nõnullos eorũ Alexander magnus interrogasse legitur/authore Plutarcho in eius vita: & singularem eorũ prudentiam admiratus/multis donatos muneribus a se dimisit. Ad hec/apud gręcos sacerdotiũ fere philosophię cõiunctũ fuit: & sacerdotes ibidẽ aut philosophi fuerunt aut sapientię studio intenti. Deniq; apud Gallos/ Druydę haud longe a Carnutibus sedes sortiti: sacerdotes habebãtur/anteq̃ supernę lux veritatis illis terris irradiaret/et rerũ omniũ peritissimi. Qui vt refert Cæsar libro sexto cõmentariorũ de bello gallico: rebus di

Aristoteles

Chaldęi.

Magi.

Gymnosophistę.

Philosophi

Druydę.

Iulius cęsar

tinis intereſſe/ſacrificia publica ac priuata procura re/& religiones interpretari ex officio habebãt. Ad eos magnus adoleſcẽtum numerus: diſciplinę gratia concurrere tũ ſolebat. Multa de animę immortalitate/de ſideribus ac eorum motibus/de mũdi ac terrarũ magnitudine/de rerũ natura/ de deorũ immortaliũ vi ac poteſtate diſputare ac iuuentuti tradere ſunt ex more conſueti. vt ex his intelligamus: illos egregia polluiſſe doctrina. Sed quorſum hęc? quo cõmonſtremus & Chriſtianos ſacerdotes/diuinę ſapientię ſtudio gnauiter intẽtos eſſe debere: cũ viderint ethnicos & idolorum cultores ſacerdotes/ tantam doctrinę & eruditionis habuiſſe curã ſimul & excellentiam. erubeſcantq; ſe ab illis ſuperari diligentia percipiẽdę doctrinę: quos longe antecedũt pia religionis ſyncęritate & veritatis agnitione/habentes ſanctum dei veri cultum cuius illi erant prorſus expertes & ignari. ¶ Sed nunc ex ſacrarum literarum promptuario idem oſtendamus propoſitũ: ſacerdotes inquam debere ſciẽtiam ſalutarem et doctrinam ſacram habere. & primum ipſius dei teſtimonio: per Oſee prophetam dicentis. Quia tu ſcientiam repuliſti: & ego repellam te / ne ſacerdotio fungaris michi. Conſtat vtiq; his verbis/propter ignorantiam et inſcitiam immo doctrinę contemptũ: diuina cenſura homines a ſacerdotio repelli. Rurſum conqueritur dominus per Eſaiam dicẽs. Speculatores eius cęci omnes: neſcierunt vniuerſi. canes muti nõ valentes latrare/videntes vana/dormientes & amantes ſomnia. canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignorauerũt intelligentiam. Sed nõne paſtores omnes/& ſpeculatores a dño poſiti domui Iſrael: ſacerdotes ſunt?

Oſee. 4.

Eſaię. 65.

quos frequēter cæcos reddit intelligentię diuinorū eloquiorum ignorantia: quos elingues & obmute=scētes vt nō allatrent in vicia hominum per seuerā correptionem/plerumq; efficit imperitia. Rursum

Esaię.5. per eundem prophetam ait dominus. Propterea captiuus ductus est populus meus: quia nō habuit scientiam. & nobiles eius interierūt fame: & multitudo eius siti exaruit. Si promiscuū vulgus & laicus populus in captiuitatem aut corporalem aut spiritualem (quę durior est: ꝙ per eā spiritus redigatur in seruitutem & carcerē peccati) idcirco abductus est/ ꝙ scientiam dei non habeat: potiore iure & sacerdotes ipsi in acerbam captiuitatis sortem trahūtur/quia per ignauiam suam non habent eorū quę sui sunt officij scientiam. qui nō solum interna doctrinę claritate relucere debent: sed & illam extra se profundere/ & in proximos per docēdi officiū trāsmittere. Quare ipsis non solū propria ad culpā imputatur inscitia: sed & eorū quos ad deum & opera iustitię debent ex officio dirigere. qui in abrupta viciorū prolabūtur: ꝙ nō sunt edocti legem domini quā teneāt/ ob sacerdotū ignorantiā. Hinc etiā nobiles eorū/primores scilicet & maiores/ īterierūt fame spirituali: ꝙ nō est eis subministrata per sacerdotes verbi diuini alimonia. & multitudo populi siti exaruit: qm̄ nō propinauerūt ei sacerdotes poculum sapientię salutaris & fluēta doctrinę. Vbi enī

Prouer.19. nō est scientia animę: nō est bonū. vt ait Salomon in prouerbijs. Origenes item homilia secunda in

Origenes. Leuiticum ait. Obseruandum sane est/ꝙ in peccato sacerdotis non addit legislator: quia per ignorantiam aut non voluntate peccauerit. Neq; enim ignorantia cadere poterat in eum: qui vt ceteros

doceret/ prouectus est. Quibus plane verbis innuit ignorantiã non debere locum habere in sacerdote: ꝙ alios instituendi prouinciã assumpserit. ad quã recte exercendam / promptã rerum ad vitam beatã necessariarũ notionẽ habeat/necesse est. O q̃ male sibi/q̃ male prȩuidet alijs: qui non videt. ridiculosa res an periculosa magis: speculator cȩcus? Plangẽdus est an ridendus: doctor inscius/prȩcursor claudus/prȩlatus negligens/prȩco mutus? Ad hȩc. Malachias propheta idem cõprobat: dicens. Labia sacerdotis custodiunt scientiã / & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituũ est. O prȩclaram sacerdotũ & eximiã dignitatem: qui cũ supernis spiritibus licet adhuc in terra diuersãtes/idẽ habent denominationis consortium & eandem cõmunionẽ/angelicoq; nomine honorãtur: ꝙ denũciandȩ alijs diuinȩ voluntatis consimile sortiuntur officiũ. Quod & beatus Dionysius in libro de cœlesti hierarchia confirmat: cum ait. Quȩri autem & illud solet ab ijs qui diuinorum librorum studio & amore flagrant: quã ob causam sacerdos homo inter homines/dei omnipotentis angelus a sacra scriptura nominatur? Cui interrogationi paulo post hoc pacto respõdet. Nichil (vt reor) absurdum est: si sacerdotem quoq; hominem/theologia angelum vocat/ qui pro viribus angelicȩ proprietati docẽdo participat: atq; ad angelorũ similitudinẽ (vt homini possibile est) per nũciãdi officiũ nititur. Sed qui id fieri poterit: ꝙ sacerdos scientiã custodiat/ & requisitus legem edoceat/atq; ad alios nũciandi exerceat officiũ: nisi diuinȩ legis sit peritus/& eorũ quæ nũciare debet teneat scientiã? ¶At quȩnã (inquies) scientia: sacerdoti in primis est necessaria? Certe sa-

Mala.2.

Dionysius.

crarum literarum: & diuinorũ (que sancta cõtinet pagina) eloquiorum / vt quę vel sola possint & suffi-
2.timo.3. ciant hominem instruere ad salutem. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata (quẽadmodũ scribit Paulus ad Timotheũ) vtilis est ad docendũ / ad arguendũ / ad corripiẽdum / ad erudiendũ in iustitia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. quę õnia: sunt pręclara sacerdotis & propria officia.
Eccl.24. Hic etiã solus est liber vitę & testamentũ altissimi: quo omnes ad vitã recte instituuntur / & ad veritatis perducuntur agnitionem.

¶ Sanctitatem & vitę probitatẽ etiam in sacerdote summopere requiri: ad offerendum deo gratum sacrificium. Cap. IX.



Sed nunquid sola sufficit scientia ad exornandum sacerdotem: vt ea decoratus stola prodeat securus in conspectum domini / & suo rite fungatur officio? Nonne aliud insuper ornamentũ in illo expetitur nec minus necessarium: quo decoretur? Certe aliud: honestas inquam vitę / & morum probitas. sine qua: scientia parum vtilis est / immo grauiorem
Iacobi.4. infert dãnationem. Scienti enim bonum facere & non faciẽti: peccatum est illi / vt scribit Iacobus. Et
2.petri.2. melius erat illis (ait Petrus) non cognoscere viã iustitiæ: q̃ post agnitionẽ retrorsum conuerti ab eo
Lucę.12. quod illis traditum est sancto mandato. Seruus itẽ qui cognouit voluntatem domini sui / & non se pręparauit & nõ fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. Qui autem non cognouit / & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Est itaq; sacerdotibus magnopere necessaria honesta conuersatio: &

vita reprehensioni minime obnoxia. vt nō solum verbo alios doceant: sed et honestæ vitæ exemplo/ et bona actione. quandoquidem ipsi tanq̄ omnigene virtutis exemplar in sublimi perfectionis mōte constituti esse debent. ad quod mentis sue obtutū cōuertentes reliqui/ vitam suam componant ad illius imitationem/ & eo tanq̄ prototypo vtantur ad rectam omnium suarum actionum directionē. Et quod beatus Paulus Tito scribit: quisq₃ sacerdotū sibi dictum esse debet existimare. In omnibus teipsum prebe exemplum bonorum operū: in doctrina/ in integritate/ in grauitate. Necnon & id: quod idem Apostolus scribit ad Timotheum. Exemplū (inquit) esto fidelium: in verbo/ in conuersatione/ in charitate/ in fide/ in castitate. Parum certe cōfert bona sacerdotis ad populum predicatio: improbe eiusdem vite coniuncta. immo propter morum improbitatem: despicabilis redditur et cōtemptibilis. Vt enim testatur Gregorius. Cuius vita despicitur: restat vt eius quoq₃ predicatio contemnatur. Idem quoq₃ in moralibus recte ait. Ille vberes predicationis fructus colligit: qui semina bone operationis premittit. Nam loquēdi authoritas perditur: quādo vox opere non adiuuatur. Rursum idem super Ezechielem. Si negligis implere quod doces: alijs messem seminas/ & ipse a frumenti participatione ieiunas. ¶ Preterea/ quod longe periculosius est/ sacerdotes corruptam vicijs agentes vitam: pestiferā suorum criminum tabem transmittunt in ceteros. eosq₃ exemplo sue prauitatis occidunt: quos deberent recte viuendo viuificare: quemadmodum dominus per Ezechielem dicit de prauis sacerdotib⁹ cōquerēs. Facti sunt domui Israel in offēdiculum

Exo. 25

Titum. 2.

1. timo. 4.

Gregorius.

Ezech. 44

iniquitatis. Et de ijsdem rursum per Osee prophe-
Osee. 6. tam. Laqueus ruinę populi mei: sacerdotes mali.
Astipulatur illis beatus Gregorius in pastorali dicēs.
Gregorius. Nemo amplius in ecclesia nocet: q̄. qui peruerse a-
gens/nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delin-
quētem nāq3 hunc: nemo reprehendere prę sumit.
& in exemplū culpa vehementer extenditur: quādo
pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Qui er
go ad sanctitatis speciē deductus/vel verbo cęteros
destruit vel exemplo: melius profecto fuerat vt hūc
ad mortē sub exteriori habitu terrena acta constrin
gerent/q̄ sacra officia cęteris in culpa imitabilē de-
monstrarent. quia nimirum si solus caderet: vtcūq3
hūc tolerabilior inferni pœna cruciaret. Idē quoq3
Gregorius. in alio loco. Scire prelati debent q̄ si peruersa vnq̄
perpetrant: tot mortibus digni sunt/quot ad subdi-
tos perditionis exempla transmittūt. Vnde necesse
est vt tanto se cautius a culpa custodiant: quāto per
Vnde dicti praua quę faciūt nō soli moriuntur. Hęc/ille. Me-
presbyteri. minisse sane debēt sacerdotes sui nominis: quo pre
sbyteri appellatione gręca dicuntur/id est seniores.
non quidem ab ętatis canicie aut senio: sed mentis
maturitate & vitę immaculatę puritate. Senectus
Sapien. 4. enim venerabilis est (vt ait Sapiens) non diuturna:
nec numero ānorum computata. Cani enim sunt
sēsus hominis: & ętas senectutis/vita immaculata.
Qui ergo officiū sacerdotale gerunt/& leuitate mo
rum huc & illuc more venti aguntur/iuuenilibusq3
fluctuant desiderijs: nomen quidem presbyteratus
habent/ab ipsa autem re longe absunt/q̄ animi ca-
niciem non pręferant. ¶ Pręterea debēt sacerdotes
virtute compositam & bonis moribus cōmēdatam
agere vitam: ob excellentissimū sacri altaris mini-

steriũ & offerẽdi sacrificij iustitię & laudis officiũ/ quod non nisi puro vicijs animo & puris manibus contingi debet & contrectari. Sancti (inquit) estote Leui.19. dicit dominus: quoniam ego sanctus sum. Immo quoniam sanctus sanctorũ est agnus ille verus qui immolatur deo patri in sanctissimo altaris sacrificio/ & fons sanctitatis immensus: nõ decet illũ nisi Exodi.12. a mundis & incõtaminatis ministris attrectari. Si enim typicus ille agnus Hebręorũ adhibitis panibus azimis debuit mãducari/ non cõmixto vlla ex parte fermento: certe agnus iste immaculatus non nisi in azimis syncęritatis & puritatis est sumẽdus/ expurgatoq; omni fermento nęquitię. Hoc & vete I.corin.5. ris legis expressit ĩstitutio his verbis. Sacerdotes sã Leui.21. cti erunt deo suo: & non polluent nomen eius. incẽsum enim domini & panes dei sui offerunt: & ideo sancti erunt. Quod si in antiquę legis sacerdotibus exposcebatur sanctitas: quanto maior in ijs qui noue legis sequũtur instituta? Rursum de hostia pacificorum ita legem sancit Leuiticus. Qui fuerit mũ Leui.7. dus: vescetur ex ea. Anima polluta quę ederit de carnibus hostię pacificorum quę oblata est domino: peribit de populis suis. Et quæ tetigerit immundiciam hominis vel iumenti/ siue omnis rei quę polluere potest/ & comederit de huiusmodi carnibus: interibit de populis suis. Quę igitur mundicia in ea exposcitur anima/ quę hostiam salutarẽ immolatura est & mãducatura: cuius sanguine pacificata sunt omnia/ & deus mundo recõciliatus? Debet ne illa/ impolluta esse: & ab omni contactu rei immũdę/ cõtagioneq; peccati q̃maxime aliena? Sed nũc beatum Ioãnem Chrysostomum audiamus: libro sexto dialogorũ de dignitate sacerdotali/ ita nostrũ

Chrysosto. propositũ astruẽtem. Nã eũ qui pro omni ciuitate (quid autẽ dico pro ciuitate? immo pro vniuerso mũdo) legatione fungitur/ & deprecatur iniquitatibus omniũ propitiũ deum fieri/ non solũ viuentiũ sed etiã mortuorũ: qualem putas esse debere? Ego quidem Moysi & Helię cõfidentiam: huic nõ puto supplicationi posse sufficere. Sicut enĩ is cui sit cõmissus vniuersus mundus/ & qui sit pater omniũ: ita accedit ad deum/ obsecrans extingui quicquid vbiq; pugnarum est/ dissipari tumultũ/ pacari omnia/ & tam priuatis malis q̃ publicis imponi finẽ. Itaq; tãtum differre debet omnibus precator virtutis eminentia: quantũ pręcellit & ipo distat officio. Cum vero etiã spiritũ sanctũ aduocauerit/ & reuerendam illã immolauerit hostiã/ cõmunemq; omnium dominũ subinde contigerit: vbi illũ (dic mihi) nostra ęstimatiõe ponemus? quãtũ ab illo splẽdorem poscimus: & quantã religionem? Expende enim quales oporteat eius esse manus: tantarũ rerũ ministras. qualẽ linguã: talia verba fundentẽ. aut quo genere non mundiorẽ & sanctiorẽ animã esse: talẽ spiritũ recepturã. Ecce ex magnitudine & sublimitate officij sacerdotalis in imolatione illius augustissimę hostię: quantã ostendat Chrysostomus in offerẽte sacerdote debere esse sanctitatẽ & mũdiciam. Et id merito quidẽ. Nã teste Gregorio cũ is
Gregorius qui displicet ad intercedẽdũ mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. Et malis sacerdotibus denunciat per Malachiã dñs. Maledicã benedictionibus vestris. Rursum per Esaiã prophetã. Cũ extenderitis manus vestras: auertã oculos meos a vobis. & cum multiplicaueritis orationẽ: non exaudiã. manus enim vestrę: sanguine plenę sunt. Cui etiã

Mala. 2
Esaię. 1.

respondet propheta in psalmo dicens. Iniquitatem Psal.65.
si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus. Deniq; apud Ioannē: cęcus ille a natiuitate/nō minus
animo q̃ corpore iā illuminatus/ait. Scimus: quoniam peccatores deus n on audit. sed siquis dei cultor est & voluntatē eius facit: hunc exaudit. Ex his Ioan.9.
vtiq; constat/prauorum sacerdotum preces: nō esse deo acceptas.

¶Profunda humilitate/ suiq; ad diuinā maiestatē exinanitione opus esse sacerdoti: ad offerendum altaris sacrificium. Cap. X.


E igitur temere quispiam & impręparate accedat sacerdos/ ad reuerendum istud & summe venerandum sacrificium deo offerendum: in primis attēto animo debet considerare summam ipsius maiestatē / qui in huiusmodi offertur ministerio. & ex illius cōsideratione in suam resilire paruitatem: immo vt ita dixerim nichilitatem / qua se vere coram deo humiliet / indignitatem suam confiteatur: & refugiat tam sublime tractare sacramentum. ¶Enimuero si attēdere lubet/ quātus & qualis ipse est qui in hoc sacratissimo mysterio offertur: certe cœli & terræ est dominus / qui
vitę & mortis habet potestatem/ deducit vsq; ad por Sapię.16.
tas mortis & reducit / quiq; claues habet mortis & Apoca.1.
inferni. Ipse vnigenitus est dei filius: a patre ante sęcula genitus / & eidem coæternus. Cuius æternitas/circulari hostiæ visibilis figura (q̃ neq; principium habeat neq; finem: vt linea recta) sāctorum patrum instituto exprimitur atq; significatur. Idē

quocꝫ vnigenitus est deiparę virginis Marię filius/ & verus homo:ex substātia matris in sęculo natus/ nullam in se habens peccati maculam. Cuius om-nimodam puritatem & immunitatem a peccato: candor hostię sacrę conspicuus ex ipsius ecclesie de creto nobis refert atcꝫ insinuat. Ipse certe est & nō alius:qui passus est pro nobis acerbissimā in cruce mortem/vt nos viuificaret.qui preciosum sangui-nem suum effudit:vt nos redimeret.Deuicta dein-de morte rediuiuus ad immortalē surrexit gloriā/ cœlos triumphali virtute conscendit:sedet ad dex-tram paternę maiestatis in excelsis/inde venturus iu dicare viuos & mortuos. Ipse igitur creator noster est/ipse redemptor noster/ipse iudex noster:ī cuius manus anima nostra deueniet soluta corpore/ & re cipiet ab eo suorum operum stipendia atcꝫ merce-dem. Sed quis ante tantum iudicem (cuius magni-tudinem necꝫ cœli necꝫ terra capere possunt/ cuius
Hester.13. potestati obluctari valet nemo:in cuius ditione cū-cta sunt posita/nec quisq̄ voluntati eius resistere po test) se constitutum cernens:non totus cōtremiscat/ exhorrescat eius maiestatem/ & totus tremore cōcu
Iob.26. tiatur? Si colūnę cœli & angelicæ potestates cōtre-miscunt & pauent ad nutū eius/ trepidantcꝫ ob im mēsitatem sublimitatis illius:quid faciet homo cō ceptus in iniquitatibus/ & qui semper vitam egit in peccatis? Certe aliud nichil habet quod faciat: ni-si ꝙ prouoluat se humi ante thronū diuinę maiesta tis/procumbat humiliter/ & pronus in terram pro cidat humili animi affectu:atcꝫ indignū se esse ad tam reuerenda peragenda mysteria/interna mentis lingua fateatur. Nec modo indignum se:immo & nichil seipsum esse nisi terram & lutum ad illam

celsitudinē diuinę virtutis contestetur. quinimo ob peccatorū fœditatem & corruptelā: longe infra terram & lutū se cōstituat. Si enim Abraham amicus dei singularis & omni virtute ꝓbatus/ seipsum puluerem & cinerē vocauit: cum esset deū allocuturus (loquar inquit ad te: cū sim puluis & cinis) quid faciet sacerdos ab ipsius Abrahę perfectione multum distans: verū deum et dominū suum immolaturus atq; sumpturus? Nonne longe infra cinerē & puluerem se debet proijcere: propter grauia sua peccata/ demergentia hominē in infernū? Rursum Areuna Hiebuseus cū animaduertisset Dauid regem ad se veniētem cū seruis suis/ egressus adorauit regem prono vultu in terrā: admiratusq; tantā illius benignitatē/ humiliter ait. Quid causę est: vt veniat dominus meus rex ad seruū suū? Nichilominus erat ipse Dauid/ naturę mortalis conditione: illi ad quē veniebat prorsus ęqualis. Nōne igit̄ sacerdos ante domini sui pręsentiam in hoc altissimo cōstitutus ministerio: ex profundo cordis affectu debet admirabūdus proclamare. Et vnde michi hoc: vt veniat dominus meus ad me? nec meus solū: sed & hominum & angelorū dominus super omnes exaltatus. Et nichil sibi ipsi aut operib9 iustitię quę fecerit ascribēs: totū id diuinę benignitati debet acceptū referre. Ad hęc. Rex Salomon in oratione sua cū dedicaret templū a se cōstructum domino: inter cetera ait. Si cœlū/ & cœli cœlorū te capere nō possūt: quāto magis domus hęc quam ędificaui tibi? ¶ Cuius humilem professionē imitatus sacerdos: dicat intra se. Neq; cœli domine neq; terra te capere possunt: ob magnitudinē tuę maiestatis. quāto magis te nequaq̄ compręhendere valet domus hęc cordis

Gene. 19. 2. reg. 24. 3. regū. 8.

mei: quam tibi preparaui. In qua nō sunt fateor ea virtutum ornamenta: que tuam decent magnificentiam. non est ille charitatis feruor/ille fulgor fidei/ ille bonorum operum splēdor: quem tua exposcit dignitas. immo nichil in ea ex meipso: nisi peccatorū sordes & tetra eluuies. Prohibuisti domine sub
Leui. 21. graui interminatione/ne quispiā in Leuitici sacerdotij tempore habens maculam in corpore: accederet ad offerendū tibi sacrificium/ voluistiq; illius tēpestatis sacerdotes: immaculatos esse & nulla deformitate notatos. Hec tamē omnia: in figura illis cōtingebant. & habebat ipsa lex vmbram futurorū bonorū: non ipsam veritatem. significabantq; illa legis antique instituta: sacerdotes noue legis omni debere carere macula cordis/que longe quacūq; corporis deformitate est magis horrenda & abominabilis. Si itaq; sanguinem hircorum aut taurorum īmolaturus sacerdos/omnis macule que corpus dedecorat & deformat: esse debuit immunis. an anime foedam labem & pestē geret iustam longo vsu: qui agnū immaculatū & verum est deo oblaturus? horrere ne debet sui conscius mali: tanta contingere
Prouer. 20. re sacra? Verū quis dicere potest domine/ mūdū est
Psal. 37. cor meum: & purus ego sum a peccato? Iniquitates mee dn̄e supergresse sunt caput meū: & sicut onus
Psal. 39. graue grauate sunt super me. multiplicate siquidē sunt sup capillos capitis mei: & cor meū dereliquit me. vulnera preterea peccatorū grauia/sicut sagitte infixa sunt cordi meo. Quo igitur modo ausim o domine tuū altare accedere: quod nō nisi mūdis manibus & corde puro debet adiri? Vnde in id deueniā temeritatis & audacie/vt omni ex parte peccato informis & multiformi cordis foeditate deturpatus:

ausim ad tam sublime offerendū sacrificiū meipsū ingerere? Demū in sacris reuelationib⁹ tuo dilecto discipulo ostēsis: ad vnum angelorum septem illis ecclesijs pręsidētiū domine dixisti. Vtinā frigidus esses aut calidus. sed quia tepidus es/ & nec frigidus nec calidus: incipiam te euomere ex ore meo. Quo quidem verbo aperte indicasti domine: te cordis tepōrem omnino auersari/ atq; refugere. & id quidē merito. nā ipse ignis es consumens: & flamma cōburens montes. idcirco ignitos exposcis animos & flagrantes igne diuini amoris. At cor meum domine deus me⁹ neq; flamma illa tuę charitatis incalescit/ neq; feruentiū cupiditatū extinctione algescit. sed ad bene operādū ignauia & torpore intepescit penitus. vt ne mīma quidē in animę meę foco sit scintilla: vnde rediuiua exuscitetur in me/ tuę dilectionis flamma. Quomodo igitur formidandum michi nō est/ ne abs te euomar vt dignus sum: & repellar vt seruus inutilis & maledictus/ qui facit opera sua negligenter? Qua fiducia accedā montē illū ardentem & flagrantem igne charitatis inextinguibili: qui tepore animi atq; secordia torpescēs/ nichil in me sentio diuini incēdij atq; caloris? Deniq; iussisti domine sacerdotibus leuiticis/ q̄ ignis in altari tuo semper ardeat: quem nutriat sacerdos subijciens ligna per singulos dies. q̄q; ignis iste sit perpetuus: qui nūq̄ deficiat in altari. Quo pręcepto mystice insinuasti: in altari cordis nostri (super quo offerre tibi quotidie debemus sacrificia bonorum operum) ignem charitatis nūq̄ debere extingui: sed iugi & continua beneficiorum tuorum in nos recordatione illum enutriri in nobis/ ac magis succendi. Atqui in ara cordis mei dn̄e non est succēsus

Apoca. 3.
Deute. 4.
Hiere. 48.
Leuiti. 6.

ille ignis: quo adoleam tibi holocaustū/incēsum &
Psal.38. adipes. In meditatione mea domine nō exardescit
ignis: quia neqꝫ tuorum in me bonorum iugis est
recordatio/neqꝫ studium michi est aut cura hūc sa=
crum ignem suscitādi in altari cordis mei: quo im=
Psal.49. molem tibi sacrificium laudis/& reddā tibi domi=
no altissimo vota mea. ¶Hęc & similia pie medi=
tetur apud se sacerdos: vt in abyssum humilitatis se
demittat. & attonitus altitudine diuinę potestatis/
celsitudine maiestatis supernę/& sublimitate tanti
mysterij: resiliat ab eo tanq̄ indignus qui illud con
celebret. & eo ipso maxime consequetur vt dignū
1.petri.4. illum efficiat dominus: qui superbis resistit & hu=
milibus dat gratiam. Siquidem hoc pacto pręclari
& sanctitate illustres viri legūtur plerūqꝫ recusasse
sacerdotalis ordinis fastigium: ob dignitatē eius/&
mysterij in eo perficiēdi excellentiā atqꝫ magnitu=
dinē. Inter quos sacratissimus pater Ioānes Chry=
sostomus libro sexto dialogorum de dignitate sa=
cerdotali: sanctum Basilium exhortātem ipsum ad
Chrysosto. subeundam hanc functionem ecclesiasticam/his cō
pellat verbis. Necdum inhorrescis (inquit) ꝙ ad ta
le mysterium me nitebaris inducere: indutumqꝫ
sordidis vestibus/sacerdotum inserere dignitati? cū
Matth.22. talē Christus a cōuiuantiū cōgregatione separauit.
Splendore etiā vitę totū illuminantis orbē: fulgere
debet animus sacerdotis. Noster autē tātis operitur
tenebris/malę videlicet cōsciētię: vt incuruetur sem
per/nec ad deum cum fiducia audeat aliquando re=
Matth.5. spicere. Sacerdotes item/sales terrę sunt. Nostram
autem insipientiam & in omnibus ignorantiam:
quis queat facile sustinere? exceptis vobis qui nimis
nos diligere decreuistis. Hęc ille.

¶Ex consideratione benignitatis & humanitatis Christi: sacerdotem debere fiduciā sumere offerendi deo altaris sacrificium. Cap. XI.



Erum hęc propriȩ infirmitatis recognitio & sui ipsius deiectio/ cōsideratione magnitudinis diuinȩ maiestatis cōcepta non debet vsq; adeo sacerdotē ipsum absterrere: vt penitus refugiat huius tanti mysterij celebrationem. sed animū sic trepidū et attonitum reuocare debet & erigere summa Christi benignitas & humanitas nobis exhibita: fiduciamq; illi suggerere sacrum accedendi altare/ & hoc sacrificium offerendi. Laudanda quidē est humilitas cordis: animū deterrens ab hoc ministerio. sed nō minus cōmendanda animi cōfidentia: qua nō in suis fidēs operibus sed in sola dei bonitate/ aggreditur huius muneris functionē. Placuit certe domino humilitas Centurionis: detrectantis aduentū domini ad domū suā/ his verbis. Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum. Aeque tamē grata fuit eidem zachȩi promptitudo & hospitalitas: qua dominum dignatum subire illius tecta suscepit in domum suam gaudens. Placuit item domino nostro beati Petri humilitas: qua attonitus in captura piscium dixit. Exi a me dñe: quia homo peccator sum. Nichilosecius placuit eidē & feruor ille Petri & affectus syncerus: quo impatiēs morȩ demisit se i mare vt veniret citius ad Ihesum in littore consistētem q̄ nauigio venire posset. Demū placuit domino humilitas Ioannis: recusantis baptismi circa eum ministerium/ his verbis. Ego a te debeo baptisari: et tu

Matth. 8.
Lucȩ. 19.
Lucȩ. 5.
Ioan. 21.
Matthȩi. 3.

venis ad me? Neq; minus illi grata fuit eiusdẽ obe-
dientia: qua baptismi officiũ a deo sibi designatum
etiã circa dñm & deũ nostrũ exercuit. ¶Itaq; ad eri
gẽdum in fiduciã animum suum: hęc apud se sacer
dos mente in deum effusa reuoluat. Magnus quidẽ
es domine: sed propter nos te paruum absq; tui di-
minutione fecisti/cum homo fieri dignatus es & in
mundo nobiscum conuersari. Seruiũt tibi obediẽ-
ter angelicę virtutes: & ad nutum tuum iugiter ob-
temperant. sed & ipse in mundum venisti non mi-
Matth. 20. nistrari sed ministrare: & dare animam tuam in re-
demptionem pro multis. atq; in medio discipulo-
Lucę. 22. rum tuorum fuisti/non sicut qui recumbit: sed qui
Ioan. 13. ministrat. Et quod amplius est: pedes eorũ abluere
& extergere non es dedignatus. Ecce domine pedes
affectuum meorũ habeo sordidos: aspersos puluere
curarum & solicitudinum huius sęculi/ & cõtami-
natos luto carnalis concupiscentię. Nõ id arrogãs
(oro) & temerarium videatur: si extendam & ipse
pedes meos/vt a te lauentur. Mitte obsecro aquã cõ
tritionis in peluim cordis mei: laua pedes meos vn
da salutari/et exterge lintheo tuę benignitatis. Si di
xero domine cũ beato Petro ex humilitate cordis:
Ioan. 13. non lauabis michi pedes in ęternũ. timeo ne audiã
formidabilem tuam comminationem illi dictam.
Si non lauero te: non habebis partem mecũ. Obe-
dientiam certe tunc ab eo expostcebas: non tantum
humilitatem/quam & ipse haud cunctanter pręsti-
tit. michi quoq; eandem pręstandi cum ipso da gra
tiam: & dicendi. Domine nõ tantum pedes michi
laua/affectusq; meos: sed et manus/id est opera mea
& caput intentionemq; cordis omnia opera dispo-
nentem. vt efficiar tuę gratię adiutorio mundus to-

tus: tecꝫ in puritate & mundicia possim contrecta-
re & sumere. Non abhorruisti domine deus meus
contactum leprosi: adorantis te & dicentis. Domi- Matth. 8.
ne si vis: potes me mundare. Ita & manum tuę vir-
tutis extende in animam meam: dic te velle eā mun
dare/ & protinus mundabitur ab omni lepra pec-
cati qua misere premitur. Non exhorruisti etiam
domine neqꝫ cum supercilio reiecisti mulierem: iā Matth. 9.
duodecim annos profluuio sanguinis laborātem.
sed & sanam eam reddidisti: & tremētem benigne
consolatus es dicens. Cōfide filia: fides tua saluam
te fecit. Ipse vero non duodecim tantum annis sed
toto vitę meę tempore) fluxus carnaliū desiderio-
rum sum perpessus: & carne spiritum pręgrauan-
te ad delicias & oblectamēta sęculi huius pellectus.
Reprime igitur cōtactu tuę gratię interno: has flui-
tantes carnis illecebras. Insuper mulierem Chana- Matth. 15.
neam assidue pro filia sua deprecantem demum ex
audisti: dęmoniumqꝫ ab ea compescuisti. Ita domi
ne miserere mei. anima mea male a dęmonio tor-
quetur: non vno sed pluribus. tot enim me torquēt
dęmonia: quot in anima mea regnant peccata. Sed
qui principem huius mundi foras eiecisti: eijce tuo
in meum hospitium aduentu & exturba sęuum ty-
rannum/ qui me excruciat & animam meam vult
deglutire. Non es auersatus itidem domine illam Lucę. 7.
peccatricem: flumine lachrymarum suarum sacros
tuos pedes abluentem. non recusasti oscula quę pe-
dibus tuis dedit: nec vnguētū quo illos inunxit. sed
dimissis illi pctīs suis: ī pace eā abire iussisti. Ita nec
meipm dñe dedigneris/ ad pedes tuos affusū atqꝫ ꝓ-
stratū: & pctōrū meorū veniā postulantē. Pręterea
cū publicanis & peccatoribus cōuersari in terra nō

Lucę.15. recusasti/manducasti & bibisti cum illis: voluistiqȝ
vt appropinquarent tibi ad audiendum verba tua.
Quid igitur nũc prohibebit & me ad te domine ac
cedere: quãuis peccator sim? Nunquid minor nũc
ęst benignitas tua: q̃ tunc fuerat? nichilo certe mi-
nor. Eadẽ est prorsus: & nulla ex parte immutata.
Matth.9. Dixisti etiam domine/ & verum est: ꝙ non est opus
valentibus medico/ sed male habẽtibus. adiecistiqȝ
te venisse non ad vocandũ iustos: sed peccatores ad
pœnitentiã. Ego plane si sanus essem: ad te medicũ
non properarem. si iustus forem: ad te iustificatorẽ
nõ accelerarẽ. Sed quia ęgrotus sum: indigeo me-
dico. & quoniã peccator sum: egeo saluatore. Im-
mo eo ipso testificor meum morbũ & prodo: ꝙ ad
te medicũ cõfugio. Sordidus sum fateor domine:
sed tu fõs es misericordię ad abluẽdas sordes meas.
Tenebrosus est animus meus / & nebulis viciorum
obductus: sed tu lux es immensa ad illuminandum
tenebras meas. Mortuus sum domine/ & a te fonte
viuo diuulsus per frequentẽ peccatorũ perpetratio-
Sapię.16. nẽ: quę animã peccãtis occidũt. Sed tu fons es vitę/
tu vita es ęterna/ omnia solo verbo viuificãs. Vt igi
tur abs te viuificari valeã/ ecce venio ad te domine:
viuifica me secundũ verbum tuũ. Cęterũ quidni ad
te venirem? inuitasti me ad hoc ipsum domine deus
meus: cũ dulcissima vocatiõe oẽs ad te venire mo-
Matth.11. nuisti dicens. Venite ad me omnes qui laboratis &
onerati estis: et ego reficiam vos. Laboraui domine
iã diutius: & ambulaui vias peccatorum difficiles.
Psal.37. Oneratus etiã sũ graui fasce peccatorũ: & iniquita
tes meę sicut onus graue grauatę sunt super me. Re
fice igitur me hoc dulcissimo edulio: quod in altari
tuo offert̃. vt hac refectione abeat omnis ille labor

peccatorũ/quo hactenus fui occupatus: & dulcis sit omnis sudor qui pro te suscipitur. Depellãtur etiã pondera peccatorũ meorũ & proijciantur a me: vt posthac suaue tuũ iugũ libens ferã. Neq; solum vocasti me suauissime ad hoc conuiuiũ domine deus: sed & graue pœnã cõminatus es illis qui hũc cibũ & potũ animę non sumerent/cũ dixisti. Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis/ & biberitis eius sãguinẽ: non habebitis vitã in vobis. At triste admodum est & ęrũnosum: vitam spiritualẽ nõ habere/ sed in perpetua versari morte. Et qui ad cœnã magnã vocati sũt nec venire voluerũt: ab irato patrefamilias indigni eius cõuiuio sunt habiti. Ne igit illis annumerer/ne excludar ab illorũ beatorũ consortio qui manducant panẽ in regno dei: ecce venio ad te domine / & de tua benignitate confisus ad te cum fiducia accedo. ¶Sane horũ & similiũ pia meditatione/quę mens in deum intenta suggeret: animus erigetur in cœlũ / & ad hoc altaris ministeriũ fidentius exequẽdũ/confortabitur in domino atq; roborabitur: proijciẽs se in sinũ misericordię eius.

Ioan.6.

Lucę.14.

¶Quam timenda est indigna huius ministerij executio: & quanta gratiæ exuberantia recte ipsum exercentibus confertur. Cap. XII.



On debet tamen isti fiducię deesse timor: tanq̃ eam moderans & tẽperans/animũq; suę salutis reddẽs solicitũ. Siquidem metuere debet mens humilis: ne indigne tantum accedat ministeriũ. ne min⁹ æquo pręparata/ne circa sui ipsius probationẽ negligens & icuria: summã eius cui famulatũ vult impẽdere maiestatẽ offendat. Neq; vnq̃ animo timorato ex-

cidere debet illud beati Pauli verbum. Qui mādu-
1.cori.11. cat panem hūc & bibit calicē domini indigne: reus
erit corporis & sanguinis domini/iudiciumq; sibi
māducat & bibit/non dijudicans corpus domini.
Propterea anxie solicitus sit & sedulus: vt secūdum
eiusdem apostoli monitū probet seipsum per dili-
gētem vitę anteactę indaginē/per accuratā proprię
conscientię examinationē atq; discussionē/ per pu-
ram & syncerā peccatorū suorū cōfessionē: & sic de
pane illo edat & de calice bibat. Siquidē dictum est
Exodi.19. a domino in Exodo q̄ bestia quę tetigerit montem
interficietur: & lapidibus obruetur aut cōfodietur
iaculis. Si non debuit corporalē illū montē in quo
lex danda erat tāgere bestia rationis expers siue iu-
mentū: alioqui morti erat obnoxia. quomodo ma-
iore supplicio dignus non erit/aut gehēnę effugiet
ignē: qui bestialē agēs vitā/cū in honore sacerdotali
Psal.48. esset nō intellexit ei⁹ dignitatē? qui cōparatus iumē
tis insipientibus & similis factus illis: audet tāgere
Psal.67. montē illū sanctū/montē dei/mōtē pinguē/montē
in quo beneplacitū est deo habitare in eo? sacratissi
mum scilicet eucharistię mysteriū & cœlo & terra
sublimius: & suę dignitatis culmine cœlos ipsos
atq; angelicos spiritus trāscendēs. Propterea eodē
Exodi.19. loco legitur dominus dixisse ad Moysem. Sacerdo
tes quoq; qui accedunt ad dominū/sanctificētur: ne
percutiā eos. Si cōminatus est plagā ijs sacerdotib⁹
antiquę legis qui minus ęquo sāctificati ingererent
se ad obeunda sua ministeria: nūquid manū cōtine
bit a pcussione/si attentēt nouę legis sacerdotes sine
sanctificatione & debita per mūdiciā pręparatione
accedere ad dominum atq; altaris officiū? Rursum
qm̄ minore q̄ par fuit reuerētia/Bethsamitę viderūt

arcam domini/cũ a Philiſtęis reduceretur: viderũt inquã detectã & nudã/quod illis fas non erat: per-cuſſit dominus (vt ſacra primi libri Regũ narrat hiſtoria) de viris Bethſamitis eo ꝙ vidiſſet arcã domini: & pcuſſit de populo ſeptuaginta viros et quĩquagĩta milia plebis. luxitq; populus: eo ꝙ dominus percuſſiſſet plebẽ plaga magna. et dixerũt viri Bethſamitę. Quis poterit ſtare in cõſpectu domini dei ſancti huius: & ad quem ibit ex nobis? Ecce propter illatam populo grauẽ plagam/cęteri Bethſamitę timore magno correpti ſũt. neq; auſi apud ſe arcam domini diutius detinere. Quis igitur non timeat hanc arcam viuam & animatam/arcam ſpiritualem & ſuperdiuinam (in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter/in qua ſunt omnes theſauri ſapientię & ſcientię abſconditi) impuris ſpectare oculis: aut animo malorũ cõſcio apud ſe ſuſcipere? ¶ Præterea. Oza manũ admouens arcę minanti ruinã: percuſſus eſt a domino ſuper temeritate ſua/& morte repentina extinctus. ꝙ plauſtro eam impoſuerat bobus vectandam: quę ſolis leuitarum humeris ex diuina ordinatione debuit deferri. Et extimuit Dauid dominũ in die illa dicẽs. Quomodo ingredietur ad me arca domini? & noluit ad ſe diuertere arcam domini in ciuitatem Dauid. Fuit autem arca illa/ſolum figura et vmbra huius ſanctiſſimi ſacramenti: in ſe omnem gratię exuberantiam continentis. Quomodo ergo mortem effugiet: qui auſit impudenter extendere manus impias & pollutas ſanguine / in hanc ſacratiſſimam arcã? & quis non concutietur vehementi timore: ne ira dei deſcẽdat ſuper eũ? ¶ Ad hęc. Qui ſine veſte nuptiali venerat ad diſcũbendũ ĩ nuptijs filij regis:

1. regũ. 6.
Coloſ. 2.
2. regũ. 6.
Matth. 22.

acriter reprehensus est a rege ingresso vt videret dis=
cumbentes/his verbis. Amice/quomodo huc intra
sti non habẽs vestem nuptialem? Deinde iussus est
ligatis manibus ac pedibus: proiici in tenebras ex=
teriores. Quem quidem euangelij locum Augusti=
nus in vno sermone de dedicatiõe ecclesię adducẽs:
Augustin9 subiungit. Ecce qualem sententiam merebitur au=
dire: qui ad conuiuium nuptiale id est ad altare do
mini aut ebriosus/aut adulter/aut odium in corde
retinẽs pręsumit accedere. Auertat hoc a nobis de=
us fratres charissimi / & concedat vt mala ista aut
nunq̃ velimus admittere: aut si admissa fuerint/
sine vlla mora per pœnitentiã studeamus sanare/&
largioribus eleemosynis festinem9 abluere. Ne for
te si cũ peccatorum vulneribus ante tribunal ęterni
iudicis venerimus: ab illa ęterna ecclesia & ab illa
cœlesti Hierusalẽ perpetua excommunicatione se=
Idem. paremur. Rursum idem in supradicto loco. Rogo
vos fratres: diligenter attendite. Si ad mensam cu=
iuscunq; potentis hominis nemo pręsumit cũ ve=
stibus concisis & inquinatis accedere: quãto magis
a cõuiuio ęterni regis id est ab altari domini/ debet
se vnusquisq; inuidię vel odij veneno percussus vel
iracundię furore repletus/cum reuerentia & humi=
litate subtrahere: propter illud quod scriptum est.
Matthęi. 5 Vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens
Leui. 10. offeres munus tuum. Hęc ille. ¶Insuper Nadab et
Abiu filij Aaron/ arreptis thuribulis obtulerũt do
mino ignem alienum: quod eis pręceptũ non erat.
& protinus a deo percussi/mortui sunt in eodem lo
co. Cur oro simile non extimescunt iudicium: qui
ignem carnalis concupiscentię/auaritię/ aut iracun
dię prorsus alienũ ab igne charitatis offerunt dñọ?

cum igne cupiditatis flagrantes aut libidinis: ſcele- ſtas ingerunt manus ad offerendum deo ſacri alta- ris holocauſtū. ¶ Quem deniq̧ nō exterreat infau- ſtus ille & miſerabilis Iudę traditoris exitus? qui Ioan.13. poſt ſuſceptum indigne hoc ſanctiſſimū ſacramen tum/ſathanę traditus in interitū: laqueo ſibi mortē Matth.27. conſciuit/ſuſpēſuſq̧ crepuit medius. Quis iure nō timeat/ ne poſt indignam tanti cibi manducationē intret in māducantem ſathanas: quemadmodum in illum intraſſe legitur? Demū beatus Paulus mul tos Corinthiorum ſcribit infirmos eſſe ac imbecil- 1.corin.11. les/multos itē immatura morte dormire: q̄ ſine de- bita veneratione & reuerentia hoc tantum ſacramē tum auderent ſumere. Cur ergo nō timeamus ſimi lem afflictionē nobis a deo illatum iri: ſi minus q̄ oportet reuerentes & apparati fuerimus ad attrectā- da hęc ſancta & incontaminata myſteria? ¶ Cęterū quanto grauiora impendent mala ijs qui irreueren ter & illotis (vt aiunt) manibus hęc cōtrectant: quo- rum conſideratione/ merito deterremur ab hac ſan- ctorum communione. tanto cumulatiora manent gratiarum munera eos qui cum debita (vt fragilitas ſinit humana) pręparatione & deuotione acceſſerit pie & religioſe ad horum myſteriorū participatio- nem. quod ediuerſo debet incitare & prouocare ani mum: vt ardēte affectu ac deſiderio ad ea totus aſpi- ret. Si enim benedixiſti domine deus domui Laban Gene.31. ad introitum Iacob/& domui Aegyptij ad ingreſ- Gene.39. ſum Ioſeph: non quidē ob ipſius Laban aut Aegy- ptij virtutem. nā vterq̧ a te erat alienus: hic religio- nis ignorantia/ille fraudulētia. ſed ob illorum qui domos illas ingreſſi ſunt ſingularem probitatem. nōne vberiorem dabis nobis benedictionem: cum

domũ nostri cordis fueris ingressus per sacrã horũ mysteriorũ cõmunionẽ? Larga preterea benedictio tua descendit super domũ Obededom/& bonorũ
2.reg.6. multiplicatio ob arcę materialis pręsentiam. Quid igitur faciet arcę hui⁹ sacratissimę & supercœlestis in domicilio cordis nostri collocatio? nõne amplissimam illi gratiarũ copiã elargietur: & affluẽtiam sanctificationis opulentissimã? Rursum Helias in=
3.regũ.17. gressus viduę Sareptanę domũ & ab ea ad tempus enutritus: filiũ eius mortuũ reuocauit ad vitã. Heli
4.regũ.4. seus etiam propheta mulieri Sunamiti (cuius vteba tur hospitio) prius filiũ impetrauit: deinde eũdẽ in tenella ętate morbo extinctũ resuscitauit. Si id pręstitit prophetica virtus suo in quo diuersabatur do= micilio: quid pręstabis tu deus meus (qui propheta rum es dominus & omnes prophetas sanctificans) cordibus eorum qui te suscipiunt hospitio? Nonne animas eorũ pręmortuas restitues vitę: & omni re= plebis benedictione/ bonorumq; operum fœcundi tate? Demum sacrosancta mater tua domum Eliza
Lucę.1. beth cognatę suę ingressa/in ipso salutationis exor dio primaq; congressione id grandęuę matri cõtu lit donum: q̃ spiritu sancto cõtinuo repleta cogno uerit secretissimum incarnationis tuę mysteriũ/ & admirabunda in magnam eruperit diuinę laudis vocem. cõtulit & sanctę proli maternis adhuc clau= sę visceribus: q̃ exultauerit in gaudio ĩtra vteri suę matris latibula. Quid igitur cõferet nobis o domi= ne deus/piorum cordium dulcedo: suauissima tua in hoc admirabili sacramẽto pręsentia? nonne ex= uberantem spiritus sancti gratiam secum afferet in tabernaculum cordis nostri/gaudiumq; internum & consolationem? Tu dñe diligenti te & sermones

tuos seruanti promisisti: quod ad eũ venires & mansio nẽ apud eũ faceres. quid ergo prestabis teipsum in penetralia sui cordis introducenti? Cũ stas ad ostiũ cordis nostri & pulsas: promisisti siquis tibi aperue rit/ quod intrares ad illũ & cœnares cũ illo et ipse tecũ. Ecce ego domine mi aperui tibi cubiculum anime mee: per affectũ ad te suspirantem. Ingredere igitur domũ serui tui/ & ibidẽ quiesce: & da illi tecũ i dul cedine spiritus epulari. Et queadmodũ prius de za cheo hospite tuo dixisti: ita & de anime mee domi cilio dic domine deus. Salus hodie huic domui fa cta est: eo quod ipse sit filius Abrahe. Tu domine deus meus summa es veritas: & in ore tuo nõ est inuentũ mẽdaciũ. dixisti vtiq;. Qui mãducat meã carnẽ & bibit meum sanguinẽ: in me manet & ego in eo. & qui mãducat me: ipse viuet propter me. Da igitur michi domine per hãc tui corporis & sanguinis sũ ptionem perpetuo in te manere et propter te viuere/ vt nec vnq̃ a te separer/ aut per mortẽ peccati diuel lar. ¶ His & cõsimilibus pijs meditationibus: ani mus fidenter in deum erigitur/ & interna perfusus suauitate totus ad deum suspirat: miroq; desiderio ad sumendum hunc cibum viuificum afficitur.

Ioan. 14.
Apoca. 3.
Luce. 19.
Ioan. 6.

¶ In offerẽdo altaris sacrificio: rectam intentionẽ/ debitamq; ad omnia attentionem & reuerẽtiam in deum: seruari debere. Cap. XIII.


Postq̃ animũ ex humilitate refugiẽ tem hoc arduũ altaris ministeriũ: reuocauerit fiducia beneuolentie & benignitatis Christi. postq̃ etiã eũ dem timore indigne sũptionis resi lientẽ ab hoc officio: erexerit & re

duxerit in spem multiplex fructus atq; profect⁹ di-
gnę sumptiōis/ atq; executionis eiusdē ministerij.
vt quantū repellit & abijcit humilitas sacerdotem
ne sacra faciat: tantū incitet & prouocet suauissima
Christi humanitas vt intrepidus eo fungatur mu-
nere. & quantum timor incurrendi iram dei absterret eundem a faciendo sacrificio: tantum amor dei ediuerso quasi retrahens fugiētem impellat ipsum ad illud offerendum. tum sacerdos sacra facturus primum constituat rectam sui operis intētionem: primariam & pręcipuam. vtpote ꝙ ea sacrificij oblatio fiat in primis ad dei honorem/ omniūq; sanctorum gloriam/ ad omnium pręterea viuentium salutem & fidelium defunctorum refrigerium. Est enim hęc/ vniuersalis hostia: & quę pro totius ecclesię omniumq; membrorum eius offertur salute. in qua offerenda constituitur sacerdos vt publicus ecclesię minister: non pro se tantum orans/ sed & pro tota fideliū cōmunitate. omnes quoq; preces suas/ multitudinis numero et plures orātes cōplectēte exprimēs: ꝙ nō solus ipse ibidē orat sed & tota cū eo fideliū ecclesia/ offerēs deo patri filiū ei⁹ vnigenitū. in quo sibi bene cōplacuisse voce cœlo delapsa con
Matth. 3. testatus est: & quē seipsum offerētem acceptauit vt sacrificiū iustitię in odorē suauitatis. Si eni odorat⁹
Gene. 8. est dn̄s odorē suauitatis: cū Noe finito diluuio obtulit illi holocaustum/ vt ait scriptura. si respexit do
Gene. 4. minus ad Abel & ad munera eius: quę erāt de opti
Gene. 22. mis sui gregis. si gratū habuit Abrahę sacrificiū: cū pro Isaac immolaret arietē inter vepres cornib⁹
2. reg. 24. hęrentem. si deniq; placuit eidē regis Dauid sacrificium: & igne cœlitus emisso ad illud concremādū/ gratum esse sibi hoc ostendit indicio. nonne longe

gratius & acceptius erit illi hoc ſacrificium laudis?
in quo nõ tauri offerũtur aut arietes: ſed filius eius
vnigenitus quem diligit/quem ſibi dilectum eſſe te
ſtificatus eſt/qui quę placita ſũt ei fecit ſemper/ quẽ
miſit in mũdum propiciationem pro peccatis no=
ſtris/qui vn9 totius humani generis eſt recõcilatio.
Certe non poteſt ea oblatio ſacra/ deo patri eſſe nõ
grata: ſi munus oblatum attenditur / aut ipſa ſan=
cta eccleſia offerẽs. quę neq rugam habet neq ma= Ephe.5.
culam: q preciofo Chriſti ſanguine eſt ſanctifica=
ta / & dilectiſſima eius ſponſa. Verum vt eadem
oblatio placeat deo ratione miniſtri offerentis: ante
omnia opus eſt q recta intentione & ſyncęra acce=
dat ſanctum altare/illã immolaturus hoſtiã. Si enĩ Matth.6.
oculus tuus ſimplex fuerit: totum corpus tuum lu
cidum erit. q ſi oculus tuus fuerit nęquam: totum
corpus tuũ tenebroſum erit. Nẽpe ſi ad quęſtũ &
pecunię aucupium referat pręcipue ſacerdos ſuam
intentionem/ nõ habita ratione diuini honoris aut
ſalutis animarum pro quibus offertur: ipſe tantum
ac tale ſacramentum (quantum in ſe eſt) venale pro
ſtituit / Iudę inſtitori infeliciſſimo perſimilis: qui Matth.26.
accepta pecunia tradidit dominum Iudæis. ſed is
adhuc mortalem & verſantẽ in terris: ille vero re=
gnantem in cœlis/& ſedentem ad dexteram patris.
Quare ſibi caueat ille ſacerdos: ne pecunia ſua illi
ſit in perditionẽ/ne itidem Iudę exemplo pręcipi=
tetur in ęternũ interitũ. ¶Pręterea inter ſacrifican=
dum ita colligat animũ ſacerdos: vt ſedulã habeat
attẽtionem ad ea quę pertractat myſteria/ neq alio
diuagetur ipſius mentis cogitatus. q euagationes
illę animi ad ſęcularia negocia aut extranea opera
nichil ad rem propoſitam facientia: & tepidiorem

reddant animum/ & minus ęquo suo officio inten=
Eccēs.10. tum. Muscę eni morientes (vt testatur Ecclesiastes)
perdunt suauitatem vnguenti. Quātum ergo sinit
humana fragilitas: enitatur sacerdos cum sacra fa=
cit/ad imitationem sanctissimi viri (qui se murum
Thomas cātuariēsis posuit pro domo Israel) Thomę Cantuariensis ar
chiepiscopi. qui ita versabatur in altaris officio: ac
si passionē domini nostri corā se agi vidisset. vsq;
adeo affixā habuit mētem tēpore immolationis sa
crificij/illi sanctę meditationi dominicę passionis.
Eadem itaq; cogitatione armetur sacerdos sacra fa
ciens: & illam intentissimo animo sibi infigat. nul
lam certe sacratiorem aut accommodatiorem cogi
tationē posset eo tempore animo suo imprimere:
q; ea oblatio sit sacratissimę Christi passionis assi=
dua & iugis commemoratio. ¶Cęterum si quispiā
conqueratur sacerdos se tempore oblationis illius
sacrificij etiam inuitum multis agitari euagationi=
bus alio mentem distrahentibus: nō idcirco sit de=
iecto & prostrato animo. sed suam cognoscens in=
firmitatem: eam faciat maioris humilitatis materi
am. humiliāsq; seipsum in cōspectu dei: petat ad=
iutorium ab eo qui non deserit sperantes in se. Ela=
boret insuper pro viribus: has volubilitatis animi
muscas/hos cogitatuum strepitus/manu diligentię
& solicitudinis a se reijcere: & dominus ipse talia co
nanti vires suggeret/ & feret auxiliū. Quemadmo=
Gene.15. dum ipso Abraham offerēte sacrificium/cum aues
importune aduolarent & interturbarent eius obla=
tionem: ipse solicita manu abegit eas/neq; permi=
sit ibidem quiescere. Sic sane spiritualiū nequitiarū
sacerdotē infestātiū reprimendę sūt suggestiones:
cum sacra deo facit. ¶Rursum in lectione eorum

quæ ex iſtituto eccleſiaſtico cum offertur hæc ſalutaris hoſtia/a ſacerdote legi debent ad altare/ ea ſeruetur mediocritas : vt neq; nimium præceps & feſtina ſit ea prolatio/ neq; lentior æquo. Hæc enim faſtidium ingerit aſſiſtentibus atq; tędium : illa vero intelligentiam eorum quæ dicuntur eripit / efficitq; vt neq; ipſe qui legit neq; audientes quicq̃ intelligant eorum quæ proferuntur. Quod ſi coram viris grauibus & magnę authoritatis habita oratio pręceps & nimis accelerata : datur vicio / & merito repræhenduntur ſerui : qui ſuo domino concitata nimium & pręcipite lingua reſpondent. quid non magis damnabitur & ĩcrepabitur ipſi ſupremo domino facta oratio cum properantiſſima linguę cõcitatione/velociſſimaq; volubilitate? In cæteris itidem ad eandem pertinentibus oblationem/vt faciẽdis ſacris ſignaculis & alijs myſterijs : neq; nimia ſit celeritas quæ irreuerentiam & irreligioſitatem arguat/neq; nimia tarditas aut cunctatio quæ aſſiſtentes prolixitate offendat. Dictum ſiquidem eſt de agno paſchali Iudæorũ : ꝙ comedi debuit feſtinanter. quod ſane pręceptum & in agno vero ſecũdum eccleſiæ ritum immolando obſeruari debet: vt moderata offeratur celeritate & celeri moderatione/ & neq; quid nimis fiat neq; minus q̃ par ſit. Demum totius rei hæc ſumma eſt : ꝙ in hac ſacratiſſima altaris oblatione ſummopere caueatur omnis negligentia/incuria/ & irreuerẽtia : nã illa miniſtrũ graui obſtringeret pœnę. Si enim ſeruus piger domino ſuo mortali exhibens obſequiũ negligẽter & oſcitãter/non manet impunitus : quãto grauius punietur qui in hoc celeberrimo miniſterio quod ipſi deo præſtatur/immortali & ſupremo domino : de-

Exodi. 12.

prehenditur negligens/incurius aut oscitabundus.
¶Porro ethnici & gentiles vsq; adeo solicitã adhibuerunt curã cerimonijs & ritibus suis in deorum sacrificijs ad vnguẽ obseruandis: vt nonnũq̃ legantur aliquos sacerdotio abdicasse/q; negligentes deprehensi fuerint in sacris suo more faciẽdis. Vt enĩ refert Valerius capite de seruata religione/apud Romanos tres flamines sacerdotium deponere sunt coacti: quia parũ diligenter & minus debito ritu exta altaribus admouissẽt. Ob nullam etiã aliã causam Sulpitius sacerdotio priuatus scribitur: nisi quia inter sacrificandum apex illi e capite prolapsus est. Si itaq; tãta seueritate animaduerterũt Romani ĩ eos: qui minus equo circa suorum deorũ (immo verius demoniorũ) cultũ fuere curiosi. quid agere debent Christiani sacerdotes circa vnius & veri dei cultũ? nõne totis eniti viribus/vt is q̃ decẽtissimo fiat ritu: & negligentes graui plectere supplicio? Sed & huiusce rei exemplum nobis sacre proponũt litere/de Nadab & Abiu filijs Aaron: qui arreptis (cũ preci pitatione scilicet inconsiderata/& immoderata celeritate) thuribulis/obtulerunt ignem alienum domino: quod eis preceptũ nõ erat. & protinus vltricem dei manũ senserũt: subitariaq; morte puniti sunt. Quod si irreuerentia circa veteris legis ritus ac cerimonias tam grauiter presenteq; pœna mulctata legitur: quid putas meretur supplicij/qui circa noue legis sacra & cultum altaris non eam prefert pietatem/curam & religionem quam exigunt: sed negligenter ea contrectat? tanto sane grauiorem is meretur pœnam: quanto sacratiora sunt noui testamẽti q̃ veteris mysteria. Tãto siquidẽ grauiori culpe obnoxius est contẽptus alicuius & despiciẽtia: quanto

Valerius maximus.

Sulpitius.

Leui. 10.

dignior est & excelsior is qui contemnitur & despi=citur.

¶In legendis horis canonicis & diuino officio ce=lebrando: magnam deuotionem a sacerdotibus adhibendam esse. Cap.XIIII.


Reter hęc debēt ipsi sacerdotes deo quotidianum pendere tributum legendi horas canonicas: ad quas ex decreto & īstituto ecclesiastico ne=mo eorū se nescit astringi. Septies Psal.118.
in die (inquit propheta in psalmo) laudem dixi tibi: super iudicia iustitię tuę. Vt enī nautę munus est: nauē per fluctus & procellas age=re/ & militis: certare in acie/ agricolę vero: terram vomere proscidere/ immo cuiusq; opificis: quę suę sūt artis opera exercere/ quo quotidianum quęritet victum. ita sacerdotis est officiū: quotidiana hora=rum lectione deo famulari. & pro eo famulatu ex=hibendo/ ecclesiastico ordini insertus est: vitęq; pręsentis recipit stipēdia/ victum inquam & amictum ex fructibus & emolumētis ecclesiasticis prouenien=tem. Si enim miles stipem non recipit nec salariū / nisi exerceat militiam & in hostem arma ferat: an erit sacerdos ociosus & oscitans/ & stipēdia recipiet sine aliquo opere quod quotidie impendat deo? Il=lud autem opus nunq̄ intermittendum: est horarū canonicarum lectio. Quam si sacerdos faciat priua tam/ & nō in communi sacerdotum cœtu atq; pu=blico loco cum alijs has decātet/ sed priuatim legat eas aut in templo aut domi: summopere studeat il=las vno in loco consistens cum attentione absolue=

re/& non diuagetur ambulando vltro citroq̧ nūc in vnam domus partem nunc alteram: neq̧ simul quippiam alterius negocij actitet & pertractet. quā hęc corporis in diuersa loca inter legendum traductio/aut alterius pariter operis actio: maxime suggerit materiam & occasionem euagationis animi/ quę plerumq̧ tollit fructū orationis. Agitatio enī illa & mobilitas corporis in varia loca/cum horarum absoluitur lectio/aut alienę cuiuspiam rei contrectatio & opus: animi non satis apud se constantis/nec ī oratione omnino (vt par esset) collecti prestare videtur argumentum. Neq̧ illud meum est sed domini prę̨ceptum: dicentis apud Matthęum.

Matth. 6. Tu autem cū oraueris: intra in cubiculum tuum/ & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt ī abscōdito/reddet tibi. Quod quidem verbum licet a nonnullis spiritualiter intelligendum censeatur: subeūdum scilicet esse cordis secretum/cum orationē deo fundere volumus. & carnalium sensuum phantasmata quę se importune ingerunt animo & orantibus obstrepunt: esse inter orandum secludenda. attamen corporaliter etiam intelligi debet & sensibiliter: vt litera ipsa sonat. quoniam nisi secretus deligatur locus/& clauso ostio fiat oratio in abscondito: vix secretum cordis tenere quis poterit/aut īportunos cogitatus abigere: q̄ continue noui se nobis obijcient. Itaq̧ loci solitudo cum orationem legimus/ad mentis solitudinem magnopere confert: & sine illa/ vix hęc poterit vnq̄ haberi. Certe si regem aut principem terrenum alloqueretur sacerdos/vno in loco consistē tem aut residentem in solio sublimi: haud se inter loquendum nunc in vnum transferret locum nunc

alium / sed fixo gradu vno in loco se contineret / donec oratione aut legationem suam absolueret. non etiam cum verba faceret ad auguste maiestatis principem: simul aliud moliretur opus / aut quicq alterius negocij manibus cõtrectaret / sed cum summa totius corporis tranquillitate: orationi dicende totam suam operam intenderet. Omnis autem sacerdos suas legens horas: cum deo loquitur / & ad eum verba psalmorum ac orationum dirigit. Cur igitur presentem sibi deum cõstituens qui nusq abest / nõ eam impendit reuerentiam illi & venerationem cum suas legit horas: quam exhiberet principi mortali cum quo verba faceret? Conqueritur plane de hac inhonoratione dominus per Malachiã prophetam: dicẽs. Filius honorat patrem: & seruus dominum suũ. Si ergo pater ego sum: vbi est honor meus? & si dominus ego sum: vbi est timor meus? dicit dominus exercituum. Formidandum etiam est valde / ne in illis sacerdotibus deambulando per omnes domus vias aut aliud simul negocium agẽdo suas horas legentibus / locum habeat: quod dicit dominus per Esaiam prophetam. Appropinquat popul9 iste ore suo / & labijs suis glorificat me: cor autẽ eius longe est a me. Audiant igitur venerabilem patrem Bedam in homilia euangelij de muliere Chananea ita illos admonentem. Notãdum interea / q hec orandi pertinacia ita demum meretur esse fructifera: si quod ore precamur / hoc etiam mẽte meditemur. neq alio clamor labiorum: q cogitationum scindatur intuitus. Sunt enim qui intrãtes ecclesiã: multis psalmodiã vel orationẽ sermonibus perlegũt. sed alibi corde intẽdentes: nec ipsi quid dicant recolũt. Ore quidẽ orãtes sed mẽte fo-

Mala. 1.

Esaie. 29.

Beda.

ris vagantes omni se orationis fructu priuant: pu=
tantes a deo precem exaudiri/quam nec ipsi qui fun
dunt audiunt. Hęc ille. Quod si quiete vni immo=
rantes loco & soli horarum lectioni intēti/ plerūq;
patiuntur hāc quę damnatur animi euagationem:
quo modo non magis eam sustinebūt/qui diuersa
spectacula oculis obiecta videntes per assiduam de=
ambulationem/aut aliud simul cum horarū lectio
ne expediētes opus: vix mentē apte colligere queāt/
aut ad orationis attentionem libere constringere?
¶Cum vero in adytis ipsis templi & penitiore sa=
cratioreq; loco decantantur horę canonicę per cō=
uentum atq; cōsessum sacerdotum: illic & summa
honestate & modestia opus est. vt & habitus ipse o=
ris/ & gestus corporis/& tenor vocis: nichil indeco=
rum habeat/nichil inconcinnū/ nichil inhonestū:
sed omnia religiosam moderationem/reuerentiam
in deum atq; pietatem pręferant & sapiāt. Hoc si=
quidē pacto/assistentes diuino officio laici & plebs
sancta prouocabitur ad deuotionem/ syncęriorēq;
in deum affectum: cum psalmodiam sanctam au=
diuerit & omnem ecclesiasticam modulationē/gra
uiter/mature / moderateq; fieri. Quemadmodum
Augustin9 de beato patre Augustino legimus/ q; ecclesiastico
assistens officio a pijs lachrymis tēperare non po=
tuit: sed flebat vberrime in hymnis & cāticis/ suaue
sonantis ecclesię vocibus vehementer affectus. Vo=
ces aūt illę influebāt auribus eius/& eliquabaī veri
tas in cor eius: & fluebāt lachrymę/& bene illi erat
cū eis. E diuerso si inter cantandū habeāī a nōnul=
lis ibidē vana colloquia & cōfabulationes: q̄ inter=
strepāt cātātiū vocibus/si risus fiāt effusi/si moueāī
cachinni ab vno ī alterū: qd hęc sūt nisi irreuerētię

& irreligiositatis in deũ signa? An hęc deo grata est psalmodia & vocũ modulatio/ea leuitate facta quã erubescerẽt ostendere in cõspectu magni principis aut viri insignis? At non verẽtur eam gesticulatio= nem scęnicam more mimorũ agere in cõspectu dei coram sancto altari/coram sanctis & incontamina tis mysterijs: quoniã non est timor dei ante oculos eorum. Hęc autem ludicra & indisciplinata morũ genera/scommata/sannas & ludibria/a sacerdotib9 in templo fieri cõspicientes laici: quomodo incita buntur ad deuotionẽ/mentisq; in deum erectionẽ? Certe siqua fuerit eis prius deuotio: remittetur p= tinus & elanguescet. mẽs eorum deprimetur et pes sum ibit: scandalisabunturq; plurimũ ex incompo sitis huiusmodi moribus. aut exemplo sacerdotum discẽt & ipsi ĩtra tẽpli septa cũ sacra agũtur myste ria: miscere colloquia/narrare fabellas/risus excita re/strepitu tumultu & susurro oĩa pturbare. Id enĩ sibi licere arguent: cum sacerdotes talia in propatu lo & palã facientes vident/eosq; vt duces sequũtur.
¶Sed & sanctũ Ambrosiũ audiamus: libro tertio de virginibus hęc de silentio & taciturnitate in au= diendis diuinis officijs seruanda pręclare monen= tem. Cõseruabat (inquit) Maria vt legim9/omnia in corde suo: quę de filio dicebantur. Et tu cum le= gitur aliquid/quo Christus aut venturus annuncia tur aut venisse ostenditur: noli fabulãdo obstrepe= re/sed mẽtem admoue. An quicq̃ est indignius: q̃ diuina oracula circunstrepi/ne audiantur/ne credã tur/ne reuelentur? circũsonare sacramenta confu= sis vocibus: vt impediatur oratio pro salute deprõ= pta omniũ/cum gentiles idolis suis reuerentiam tacendo deferunt? Vnde illud exemplum proditur.

Ambrosi9.

Lucę. 2.

Alexander magnus.

Alexandro sacrificante Macedonum rege: puerulũ barbarum qui ei lumen accenderat/ excepisse ignẽ brachio/ atq; adusto corpore mansisse immobilẽ: nec dolorem prodidisse gemitu/ nec tacito pœnam indicasse fletu. Tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentię: vt naturam vinceret. atq; ille non deos qui nulli erant: sed regem timebat. quid enim timeret eos: qui si idẽ ignis eos contigisset/ arsissẽt?

Ambrosius

Deinde paucis interiectis subiungit. Frequens sermo est/ cum plurima ranarum murmura religiosę auribus plebis obstreperent: sacerdotem dei pręcepisse vt conticerent/ ac reuerentiam sacrę deferrent orationi. tunc subito circunfusos strepitꝰ quieuisse. Silent igitur paludes: homines non silebunt? Et irrationale animal per reuerentiã recognoscit: quod per naturam ignorat. hominum tãtam esse immodestiam: vt pleriq; deferre nesciant mentem religioni/ quod deferunt aurium voluptati. Hęc ille. Itaq; si merito damnantur vana colloquia/ & voces laicorum obstrepentes in sacro dei templo: cum diuina celebrantur mysteria. quoniam domus dei/ domus orationis est: illi vero faciunt eam confabulatoriũ & deambulationis ociosę locum/ potiore profecto iure reprobãda est immodestia sacerdotum: qui cõcinentes sacrorum eloquiorum sacramenta/ simul risum miscent & verba inania. Caueant ergo sibi ne Christus facto de funiculis flagello seuerę punitionis: eijciat eos demum templo cœlestis Hierusalem/ vt suo indignos consortio. quemadmodũ vendentes & ementes olim de templo materiali vrbis Solymę exturbasse legitur/ & cũ indignatione repulisse.

Esaię. 56.

Ioan. 2.

¶Quod humilitate adornat⁹ esse debeat sacerdos: qua omnem ambitionem & glorię appetentiam a se repellat. Cap. XV.


Reter supradicta virtutũ officia/ quę in exhibendis deo obsequijs aut salutaris hostię oblatiõe/ aut horarum lectione aut psalmodia in templo/ pręstãda sunt : & alia virtutũ ornamenta exposcuntur quę sacerdotẽ in seipso perficiãt/ reddantq; vitam ipsius apud deum & homines cõmendabilem. Harũ autem fundamentũ & basis est humilitas: quę paruum faciat sacerdotem in oculis suis/ non superbe sapientem/ sed humiliter de se sentientem/ suiq; contemptorẽ. Sane hanc nõ difficile cõplectetur virtutẽ atq; sui despicientiã: si exẽplũ sibi proponat Christi sũmi sacerdotis quẽ potissimũ imitet. qui humiliauit semetipsũ/ formã serui accipiens/ cũ in forma dei esset & omniũ dñs emineret. qui exinaniuit semetipsũ: inclinauit cœlos & descendit. Discat ab eo vt ęternę vitę consequendæ magistro: quia mitis est & humilis corde/ quod & omnia eius prodũt opera. Nõ eni venit ministrari sed ministrare: & in medio discipulorum suorum erat sicut qui ministrat. quinimo & pedes eorum officiosa hũilitate abluit: exẽplũq; dedit nobis/ vt queadmodũ ipse fecit: ita & nos faciam⁹. Hęc vna est vera hũilitatis imago: pulchris depicta lineamẽtis/ & viuo colore expressa. in quã quicũq; cõuertũt oculos: clare perspiciũt quid ad illius imitationẽ faciendũ/ & quomõ efformãdũ ipsius exemplũ. Hęc itaq; virt⁹ in ipso sacerdotis vultu/ gestu/ incessuq; eluceat: grauitati & maturitati cõiũcta. Hęc itidem

Philip. 2.
Matth. 11.
Ioan. 13.

in vestibus citra nimium nitorem & ornatū inno=
tescat: seruato sēper sui ordinis decoro. Hęc deniq̧
in tota domus supellectili: absq̧ pōpa & luxu cla=
re legatur. Non radient gēmis eius digiti/nec ānu=
lis ornentur: nisi idipsum dignitas ecclesiastica de
more expostulet. quoniā nescio quid muliebre sa=
pit ille in digitis cōspicuus annulorū fulgor: prę=
sertim multo studio exquisitus. Siquidē de Alexan
Alexander Seuerus. dro Seuero imperatore Romano meminerūt rerū
scriptores: q̄ inter pręclaras virtutes suas & multas
& magnas/procul omni pompa & ambitione vitā
egit. vnde semel tātum dum consul esset: picta toga
vsus est. Gemmas reiecit vt res muliebres: dictitans
in Virgilio & plures & meliores gēmas esse. Itaq̧
illius exemplo q̄uis a vera religione alieni: studeāt
sacerdotes animum potius virtutibus/q̄ corpus ni=
tido amictu adornare. Nō eos tangat gemmarum
cura/neq̧ moueat splēdor annulorum: sed persua
sum habeāt in sacris literis lōge preciosiores q̄ hic
ferat mundus gemmas inesse: quas studiose perqui=
rant/& sibi ad decorem assumant. Solę siquidem il
lę gemmę: eorum decēt gradum & sortem. ¶ Hęc
deniq̧ virtus quam prędicamus/ humilitas inquā
& modestia: sacerdotem intra suam contineat pelli
culam/neq̧ eum exagitari sinat immoderata altio=
ris dignitatis appetentia: aut cathedrę sublimioris
Hebrę. 5. ambitione. Nemo (inquit Paulus) sumit sibi hono
rem: sed qui vocatur a deo tanq̄ Aaron Expectāda
certe est in adeūdis illis honoribus diuina vocatio:
per canonicam electionem ab hominibus factā in=
sinuata. & hoc modo vocatus sacerdos: prodeat
ad submittendos ecclesiasticę gubernationi hume=
ros. Quod & sacer Dionysius in libro de ecclesiasti

ca Hierarchia his edocet verbis. At vero sanctã cõsecrationem & eorum qui sacrãtur prędicationem pontifex resonat: id insinuãte mysterio/que sacrator ille diuinus: diuinę est electionis expositor. nõ ipse sua gratia promouendos ad sacros ordines ducẽs: verũ afflatu dei/ quo in omnibus sacris officijs agitur. Ita Moyses legaliũ cerimoniarum promotor: neque fratrẽ Aaron ad sacerdotale munus inungit (& quidem cũ deo & charũ/& sacerdotio non ignoraret esse dignissimũ) donec ad id diuinitus agitatus sub deo principe sacerdotalẽ consecrationẽ pontificaliter cõsummauit. Ipse quoque noster augustissimus & primus pontifex (& hoc enim: propter nos fieri voluit benignissimus Ihesus) nõ seipsum glorificauit: vt scriptura ait. sed qui locutus est ad eum Tu es sacerdos in ęternũ: secũdum ordinẽ Melchisedech. Quocirca & ipse discipulos ad sacerdotalẽ functionẽ promouens/ & quidẽ cum esset mysteriorum princeps (quippe cũ deus) ad patrem tamẽ sanctissimum diuinũque spiritum: huiusmodi consummationis officiũ refert/ discipulos (vt legimus) admonens ne ab Hierusalẽ discederẽt: sed expectarẽt promissionẽ patris quã audistis ex me/ quia vos baptisabimini in spiritu sancto. Cũ ipse quoque supremus discipulus cũ ęquali sibi sacerdotali decade ad sacrũ duodenariũ discipulorũ numerum perficiendum esset progressus: deo reuerenter electionis permisit munus/ ostẽde inquiens quẽ elegeris. eũque quẽ diuina declarauerat sors: in duodenariũ suffecit sacratissimũ numerũ. Hęc Dionysius. ¶Porro quod displiceat deo sacerdotalis ambitio: declarat horrẽda plaga diuinitus illata ipsi Chore/ Dathã & Abirõ/ qui repẽtino terrę hiatu viui sunt absorpti cũ omni

Dionysius. Leui. 8. Hebrę. 5. Psal. 106. Actuum. 1. Actuum. 2. Nume. 16.



ſubſtantia ſua. Inſuper ducẽti & quinquaginta vi-
ri eiuſdem coniurationis conſcij/offerenteſq̧ incẽ-
ſum pręter officium ſuum: igne cœlitus immiſſo
ſimul conſumpti ſunt. animaduertitq̧ in omnes
vltrix ira dei: vt ne vnus quidem eorum ſuperſtes re
manſerit. Nullum item facinus adeo ſuis nocet au
thoribus/aut eccleſię dei grauius infert diſpendiũ:
2.mach.4. q̃ hęc execrabilis eccleſiaſticę dignitatis ambitio.
Siquidem cum Iaſon/Menelaus/Lyſimachus viri
ſceleſti & ſacrilegi/circa tempora Machabęorum
ambiebant ſummum ſacerdotiũ/& ipſum pecunia
a regibus Syrię comparabant: ipſa ſynagoga pro
pemodũ ad exterminiũ eſt deducta/et omnes illi di
gnũ ſuis conatibus exitũ/funeſtũ & miſerabilẽ ha-
Ariſtobolꝰ. buerunt. Paulo poſt Ariſtobolus & Hyrcanus filij
Hyrcanus. Alexãdri regis Iudęorũ poſt mortẽ Alexãdrę ma-
tris eorũ inter ſe diſſidẽtes & belligerãtes ꝓ regno
Pompeius & ſũmo ſacerdotio (vt author eſt Ioſephus libro an
magnus. tiquitatũ Iudaicarũ decimoquarto) Pompeiũ ma-
gnum ſolicitarũt in obſidionẽ vrbis Solymę & tẽ-
pli expugnationẽ: qui & totã Iudęã prius liberam/
reddidit Romanis tributariã. Cũq̧ Chriſtꝰ domi-
Annas. nus noſter in terris diuerſaretur: Annas et Caiphas
Caiphas. alternis annis vẽdicãtes ſibi ſummũ ſacerdotiũ/pe-
cunia Romanis pricipibꝰ perſoluta: extremũ ſyn-
agogę intulerũt interitũ. Abiecerunt enim diuinã
ſanctionẽ/qua cõſtituerat deus ſummũ ſacerdotem
ſola morte mutandũ: & in illa adminiſtratione fi-
lium patri debere ſuccedere. Hi vero ambitione ex-
cęcati annuũ iã fecerãt ſacerdotiũ: & ſimoniaca la-
be numerataq̧ pecunia comparãdum. & certe non
multo poſt tota ſynagoga cũ ſuis ſacerdotibus &
tẽplo interijt. ¶ Sed & eccleſię Chriſti nulla peſtis

exitio maiori fuit/aut grauiora attulit incōmoda: q̄ hęc multorū capitū hydra lernęo infecta veneno. Siquidem Arrius infœlix ambiēs summum ecclesię Alexandrinę sacerdotium/& ęgro ferens animo Alexandrum virum optimum in ea sede sibi pręlatum/vt narrat historia tripartita libro primo: dum inuidię stimulis agitatus salutari illi⁹ doctrinę studuit contradicere/ hęresin pestiferā suscitauit a suo nomine dictam:quę maximā in ecclesia & diuturnam excitauit perturbationem. tādem diuino percussus iudicio:morte suis operibus digna sublatus est. Pręterea Nouatus presbyter Romanus cupiditate summi pontificij instimulatus : schisma & scissuram cōtra Cornelium virum sanctū & legitime electum intulit ecclesię. Verū sua fraudatus spe author fuit hęreseos Nouatianę quę negabat apostatas Christiq; desertores postea tamen resipiscentes/ ad pœnitentiam esse recipiēdos. Ob quod iuste ab ecclesia separatus est/& ipsius vesana ipietas publico patrum concilio damnata:q̄ diuinę misericordię fontem pręcludere pœnitentibus attentauit/ ad dandā peccatorū veniā petētib⁹ semper paratę. quēadmodū refert Eusebius historię ecclesiasticę libro 6. Demū Paul⁹ Samosatenus episcop⁹/ītolerabili superbia fuisse in ipso incessu/sermone/& operib⁹ suis cōscribitur:vt latentē animi fastum & tumorē exteriora indicia aperte declararit. Qui diuino destitutus pręsidio in hęresin incidit negantē filiū dei descēdisse de cœlo/& ante Mariam virginē fuisse. Ob quod in vltimo concilio Antiocheno damnatus est:ecclesiaq; & sede sua pontificali expulsus/vt late prosequit̄ Eusebi⁹ Cęsariēsis ecclesiasticę historię libro.7. Et vt paucis absoluā / oīa schismata q̄

Arrius.

Nouatus.

Paulus Samosaten⁹.

ſanctam eccleſiã dilacerarũt: ex cathedrę ſacerdota lis ambitione cęca/vt virulenta radice pullularũt.

¶ Liberalitati exercẽdę intentũ debere eſſe ſacerdotem: & ab omni auaritia cupiditateq; pecunię ſibi cauere. Cap. XVI.



Humilitati vero animi/ ſacerdotem vt humiliter de ſe ſentiat & in omnibus modeſtiam ſeruet/dirigenti: ãnexa debet eſſe liberalitas/ad ſubleuandam pauperum inopiã officioſa. & propenſa animi promptitudo ad ſuccurrendũ alienę neceſſitati. in ſacerdotibus potiſſimum requiſita: ꝙ ex beneficiis eccleſiaſticis prouenientia annua emolumenta debent partim in vſus pauperum erogare/ & ad hoc diſpenſationem ſuſceperunt. teſte beato Ambroſio/in libro de officiis dicente. Aurum eccleſia habet: non vt ſeruet/ ſed vt eroget & ſubueniat ĩ neceſſitatibus. Cui accedit beatus Hieronymus inquiẽs. Gloria epiſcopi eſt: pauperum opibus prouidere. ignominia ſacerdotis eſt: propriis ſtudere diuitiis. Proinde qui in pauperum ſubſidium relictos amplos ſui ſacerdotii fructus in proprium accommodant vſum/ nichil pauperibus (vt debent) diſpartientes: iniquę diſpenſationis arguentur a domino. Vox enim pauperum quos ſuis fraudant ſtipendiis/ clamat ad dominum de terra: & clamor eorum in aures domini ſabaoth introiuit. Quod ipſius Hieronymi cõprobatur teſtimonio/ dicentis. Amico rapere quippiã: furtum eſt. eccleſiam fraudare: ſacrilegium eſt. accepiſſe pauperibus erogandum/ & eſurientibus pluribus illud reſeruare: vel cautum vel timidum eſt. aut quod apertiſſimi ſceleris/ exide aliquid ſubtrahere:

Ambroſi9. 12. q. 2. aurum.

Hieronymus.

Iacob. 5. Hieronymus. 12. q. 2. gloria.

tandem omniũ prędonũ crudelitatē superat. Quid oro beatũ Nicolaum Myrrensem episcopũ/ & sacerdotalis ordinis decus eximiũ: reddit sęculis omnibus admirandũ? ꝙ effusa habuit in egenos & pauperes viscera pietatis: quib⁹ larga manu eleemosynas erogabat. Quid item sanctũ Martinũ Turonorum archiepiscopũ: efficit toti mundo celebrem et tantopere cõmendabilem? ꝙ inter cętera virtutum officia studiosus fuit alienę necessitatis subleuãdę/ atq; vt alios vestiret: seipsum interdũ propriis exuit indumentis. Vnde & illius eleemosynas enarrabit omnis ecclesia sanctorũ. Neq; Paulinũ Nolanę vrbis episcopũ sanctitateq; venerabilē: silētio prętereundũ censeo. qui cũ distributis omnib⁹ bonis suis in pauperũ sustētationē/ nichil reliquũ haberet quo pauperis vidurę filiũ captiuũ redimeret: seipsum vēdi passus est ac tradi in manus barbarorũ/ vt desolatę vidurę filius liberaretur. quēadmodũ in suis dialogis refert Gregorius. Itaq; deductus in exterã regionē/ domino suo cui venditus fuerat licet gentili & barbaro fideliter obsequiũ impēdit: more sancti patriarchę Ioseph. & colēdis hortis industriã adhibens ac diligentē operã: gratiã in oculis eius inuenit. Tandē a superueniētibus in eã regionē amicis forte recognitus/ quantusq; & qualis esset dño suo declaratus/ etiã visionis diuinitus ostēsę indicio: cõtinuo ab eo manumissus est ac libertate donatus. Quinimo dñs ille etiã futurorũ circa se ab illo admonitus: ipsum liberũ cũ sũmo honore ad ꝓprios fines remisit. simul & captiuos oẽs Christianos qui in suo principatu vincti tenebãtur: eius gratia & fauore soluit a vinculis/ & liberos nullo ꝑsoluto precio cum eo abire iussit. Ecce vnus in captiuitatē se

Nicolaus. Martinus. Ecci. 31. Paulinus. Gene. 39.

tradidit:vt fratrem redimeret. & ipse tandem captiuitate liberatus:cum multis itidē carcere solutis est reuersus in natale solum. Hęc sane est liberalitatis & misericordiæ retributio a deo/cui gratissima est hęc virtus:ꝙ cum modicū aliquid ad proximi subleuationem impartimus/multo amplius etiam in hac vita a cœlo plerumq; recipimus. Testis est pro-
3.regū.17. positę rei vidua illa Sareptana/ quæ cum Heliam prophetam suscepisset hospitio:farinæ suæ & olei percepit multiplicationē ad victū quotidianū/ & filium suum extinctum recepit rediuiuum. Testis &
4.regū.4. mulier illa Sunamitis:Helisęi hospita/cui sanctus propheta filium obtinuit cum antea fuisset sterilis: & eūdem mortuū vitę restituit. Deniq; testis eiusdē
Thob.12. propositi est Thobias:qui cum in captiuitate positis contribulibus sua libens impartisset/ & mortuis sepulturam sedulo impenderet:angelico ductu reducem filium incolumē locupletemq; recepit/ ademptūq; sibi iampridē oculorū vsum recuperauit.
¶ Ex opposito vero sacerdotes qui aliorū directionis/pascendiq; gregis dominici curam susceperūt/ & tantū quæ sua sunt quęrunt nō quæ Ihesu Chri-
Philip.2 sti:multum a suo aberrant officio/ & graui intermi natione increpātur a domino per Ezechielem pro-
Ezech.34. phetam. Vę (inquit) pastoribus Israel:qui pascebāt semetipsos. Et rursū ad illos. Lac comedebatis/ & lanis operiebamini/& quod crassum erat occidebatis:gregem autem meum nō pascebatis. Quod infirmum erat non consolidastis/& quod ęgrotū nō sanastis:quod confractum est non alligastis/ quod abiectum est non reduxistis/quod perierat nō quęsistis. Et dispersę sunt oues meę/eo ꝙ nō est pastor: & factę sunt in deuorationem omnium bestiarum

agri/ & dispersę sunt. Errauerũt greges mei in cun=
ctis montibus/ & in vniuerso colle excelso: & sup
omnem faciem terrę dispersi sunt greges mei/ & nõ
erat qui requireret. Nonnullos itidem est inuenire
sacerdotes: qui pastorali cura suscepta gregem suũ
ad cutem vsq; attondent/ & lac penitus emulgent/
nouas exactiones persoluendas pro suo (vt aiunt)
iure: suorum humeris imponentes/ & insolitis vecti
galibus eos prementes. De quibus conqueritur do=
minus per Hieremiam prophetam. Vę (inquit) pa= Hiere.23.
storibus qui dispergunt & dilacerant gregẽ pascuæ
meę: dicit dominus. Ideo hęc dicit dominus deus
Israel ad pastores: qui pascunt populũ meum. Ecce
ego visitabo super vos: malitiã studiorũ vestrorũ.
Rursum per Ezechielem terribiliter inclamat. Pro Ezech.34.
pterea pastores audite verbũ domini. Hęc dicit do=
minus deus. Ecce ego ipse super pastores: requirã
gregem meũ de manu eorũ. & cessare faciã vt vltra
non pascant gregẽ meũ: nec pascãt pastores ãplius
semetipsos/ & liberabo gregẽ meũ de ore eorum/ &
non erit vltra eis in escã. Ecce ego ipse requirã oues
meas. ¶Persimiles sane sunt huiusmodi sacerdotes
flagrãtes cupiditate pecunię/ & quę dei sũt negligẽ
tes: ipsis filijs Heli/ de quibus dicit scriptura: q͛ erãt 1.regũ.2.
filij Belial/ nesciẽtes dñm neq; officiũ sacerdotum.
Nõ enim erãt cõtenti habere partem hostię immo=
latę secũdũ diuinã cõstitutionẽ: sed p pueri missa
fuscinula tridente in lebetẽ decoquentẽ carnes im=
molandas/ quicquid illa leuabat sibi tollebant. Rur
sum anteq̃ sacrificantes adolebant adipem: misso
puero extorquebant ab illis carnem crudam/ nolen
tes expectare quoad illa decoqueretur & pro more
offerretur. Ob quã violentã exactionem atq; extor

sionem / & homines a sacrificio dei deterrebant ac auertebãt: & grauẽ dei indignationẽ super se suscitabant/quã & corũ probauit exitus. Vno enim eodẽq; die ambo cõtra Philistęos in acie pugnantes: eorũ gladio cęsi sunt. Persimiles itẽ sunt huiusmodi sacerdotes scribis & pharisęis: qui diuersas cõfinxerunt traditiones/legi diuinę cõtrarias/ad pecunię aucupiũ. vt potius faciendã esse oblationẽ in tẽplo q̃ parentibus succurrendũ. iurantẽ per templũ aut altare: nõ incurrere peccatũ/neq; illo constringi iuramento: sed iurãtem per aurũ quod est in templo aut donũ quod est in altari: obligari ad aurũ illud aut donũ offerendũ. vt ea tãdem oblatio cederet in eorũ vsum atq; lucrũ. emptionẽ & venditionẽ eorum quæ ad sacrificia attinebãt: licitã esse in tẽplo. & multa id genus talia: quæ ex euangelica lectione dilucide constãt. Verũ hęc scribarum & pharisęorũ auaritia deuorantium domos viduarum per hypocrysin & simulatã longæ orationis studio sanctitatem: in causa fuit ruinę ipsius synagogę/quæ haud multo post facta est. Haud aliter ominari licet/ adinuentiones nouas quæ a sacerdotibus fiunt ad pecunię quęstũ hac tẽpestate (qua/vt ait Hieremias/ a minore vsq; ad maiorẽ oẽs auaritie studẽt: & a propheta vsq; ad sacerdotẽ cuncti faciunt dolũ) & exactiones insuetas ad refarciendã crumenã excogitatas: pręsagire lapsum & ruinam ecclesię catholicę. Nempe fertur olim fuisse oraculũ apud Græcos Delphis acceptũ ab Apolline Pythio: vt author est Cicero in secũdo officiorũ libro. Spartã/Laconicę regionis vrbem celeberrimã/nulla re alia nisi auaritia esse peritur ã. Ego vero longe verius delphicis tripodibꝰ & cortinis credo esse oraculũ: ecclesiã dei

1. regũ. 4.

Matth. 15.

Matth. 23.

Matth. 21.

Matth. 23

Hiere. 6.

Cicero in in secundo officiorum

auaritia ruituram atq; perdendam. q; ex ea/omnia mala suboriuntur & inualescũt in ecclesia Christi: secundum illam beati Pauli sententiã. Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide/ & inseruerunt se doloribus multis. Cui consonat Ecclesiasticus dicens. Auaro nichil est scelestius: & nichil est iniqui⁹ q̃ amare pecuniã. hic enim & animam suam venalem habet: quoniã ĩ vita sua proiecit intima sua. Quod si hęc flamma gehennę & auri sacra fames/ in laicis & sęcularibus viris exercẽtibus negociationem est merito damnanda: quanto magis in sacerdotibus & diuino mancipatis officio? in quibus si semel medullitus hęserit: omnia sacra prostituit venalia/ cruces/ altaria/ templa/ animas pro quibus mortuus est Christus negligit/ quæ spiritualia sunt officia nequaq̃ curat: sed soli inhiat pecunię congerendę/ satyricum illud continuo suggerens. lucri bonus est odor ex re qualibet. Et cum nemo militans deo implicet se negocijs sæcularibus / vt ei placeat cui se probauit: sacerdotes militię dei ascripti & ecclesiastica cauponantes ministeria/ longe deterius agunt q̃ si negocijs sęcularibus se implicarent. Verum nostra tempestate videtur illud oraculum de ruina ecclesię per auaritiam futura/ propemodum habere locum & veritatem: cum hęc inferna palude egressa tabes/ in summum fere nunc excreuerit/ et suam impleuerit mensuram: ostũdaturq; plane nunc verum esse quod ait Esaias. Omnes ĩ viam suam declinauerunt: vnusquisq; ad auaritiam suam a summo vsq; ad nouissimum. Et quod Paulus ad Philippenses scribẽs cõqueritur. Omnes quæ sua sunt quęrunt: non quæ Ihesu Christi.

[Margin: 1. timo. 6. — Eccl. 10. — Iuuenalis. — 1. timo. 2. — Esaię. 56. — Philip. 2.]

¶ Abstinentiam & sobrietatem in sacerdote maxime requiri: cum sacra tēpore conuiuij lectione/ & cōuersationis cū laicis deuitatione. Cap. XVII.



Reterea sacerdotali ordini ascriptum virum maxime decet abstinētia & sobrietas: in cibo & potu moderationem & mediocritatē seruās. vt & purior atq; eleuatior sit mens ad sācta altaris tractanda mysteria: & corpus ipsū ad id muneris reddatur dispositius atq; incolumius. Siquidem in Leuitico dixisse legi-
Leuiti. 10. tur dominus ad Aaron. Vinum & omne quod inebriare potest/ non bibetis tu & filij tui: quando intrabitis in tabernaculū testimonij/ ne moriamini. quia preceptum sempiternū est in generationes vestras: vt habeatis scientiam discernēdi inter sanctū & prophanū/ inter pollutum & mundū. doceatisq; filios Israel omnia legitima mea: quæ locutꝰ est dominus ad eos per manum Moysi. Si itaq; cauenda fuit ebrietas fugiendaq; temulentia a sacerdotibus/ quando hircorum & taurorum fiebat sacrificium: vt vegetiore animo & discretiore possēt etiā docere populum instituta illius legis. longe valētiore iure nunc a vino temperandum est: quādo omnium hostiarum immolanda est veritas/ & primitiua illa ac singularis hostia. cum etiam doctrina euangelica/ longe syncerior & perfectior: est tradenda populo.
Danie. 1. ¶ Rursum. Daniel cum socijs suis vt scripturarum assequeretur sciētiam: aquam & legumina pretulit regie mensæ delicijs. Nunquid ergo sacerdos eam sibi comparabit/ cum studet calicibus epotandis: & largo vini haustu se proluit atq; igurgitat: quādo-

quidem maledictionem ęternam interminatur dn̄s ijs qui multo vino & ebrietati sunt dediti: cum ait per Esaiam. Vę qui consurgitis mane ad ebrietatē sectandam: & potādum vsq; ad vesperam/ vt vino ęstuetis. Cithara & lyra/& tympanū & tibia/ & vinum in conuiuijs vestris: & opus domini non respicitis/ nec opera manuum eius cōsideratis. Et paulo post eodem loco. Vę qui potentes estis ad bibendū vinum: & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Esaię.5.

¶Ad hęc. Ioānes baptista vt idoneus esset minister baptismi Christo exhibendi: vinum & siceram nō bibit. Quid igitur faciet sacerdos: Christū deo patri immolaturus? Pręterea permisit beatus Paulus Timotheo modici dūtaxat vini vsum: propter stomachum & frequentes eius infirmitates. Quo ergo iure sacerdos copioso se vino obruet: quo & animū grauiter ledat/ & corpus reddat imbecillius? Insuper apostolus episcopum suis depingēs virtutibus/ & rectis moribus instituens: eundem dicit non debere esse vinolentum. Diaconos etiam assumēdos esse: qui non multo vino sint dediti. Quid igitur sacerdotalem decet gradum / qui diaconi ministerio est sublimior: & episcopali dignitati plerumq; cōiungitur? nonne & hunc decet abstinentia atq; a largiore vino temperantia? Demum Ecclesiastes rationem assequendæ sapientiæ ostendens ait. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam: vt animū meum transferrē ad sapientiam/ deuitaremq; stultitiam. Sed quis sapientia magis indiget q̄ sacerdos: qui legem dei debet interpretari/ & ignaros sapientiam docere? de qua ait Iob. Ecce timor domini ipsa est sapiētia: & recedere a malo/ intelligētia. Debet igit̄ & ipse carnē suā abstrahere Lucæ.1. 1.timo.5. 1.timo.3. Eccēs.2. Iob.28.

a largo vini vsu: qui acumen adimit mēti/ & aciem eius hebetat. Quod & salubriter admonet ipse magister totius disciplinę quę ducit ad vitam: cum ait in euangelio. Attendite autem vobis / ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate / & curis huius vitę: & superueniat in vos repētina dies illa. Nonne plerisque referūtur interdum subito extincti morbo: qui ortum occasionēque sumpsit ex immoderatiore cibo & potu prius accepto? Nōne quotidiano compertum est experimento: id verum esse quod dicit ecclesiasticus? Propter crapulam: multi obierunt. Qui autem abstinens est: adijciet vitam.

Lucę. 21.

Ecci. 37.

¶ Nunc autem ex sanctorū patrum sententia & authoritate idem comprobandū est: sacerdotē scilicet abstemiū esse debere/ & in cibo moderatum. & primum canonica sanctione Innocentij tertij/ qui in titulo de vita & honestate clericorū. capi. a crapula. sapienter omnes ecclesiasticę sorti addictos admonet dicens. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant. Vnde vinum sibi temperent/ & se vino: nec ad bibendum quispiam incitetur. cum ebrietas/ & mētis inducat exilium: & libidinis prębeat incentiuum. Vnde illum abusum penitus decernimus abolendum: quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores. & ille iudicio talium plus laudatur: qui plures inebriat/ & fœcundiores calices exhaurit. Idem quoque eodem loco cap. clerici officia. cauponas & tabernas vinarias ītērdicit omnibus ad ecclesiasticam sortem assumptis: dicens. Clerici tabernas prorsus euitēt: nisi forte causa necessitatis in itinere cōstituti. Sūt enī illę/ dęmonū officinę: & omnis intēperātię schola. vbi omnis vitę regula dissoluit/

Innocētius tertius.

Idem.

& incōcessis voluptatibus habenę laxantur. Pręterea quadragesima quarta distinctione cap. cū autē. dicunt sacri canones. Cum autem sacerdos vinolē tus esse prohibetur: gulę intemperantiā nequaq̄ habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur: & voracitas permittitur. vtrumq; enim inter opera tenebrarum Apostolus commemorat scribens Romanis. Nō in comesationibus/& ebrietatibus. Vētris nāq; ingluuies/ ad luxuriam prouocat facile: & omne opus bonum dissoluit. Vnde Hieronym⁹ Venter & genitalia: sibimetipsis vicina sunt. vt ex vicinitate membrorum: confœderatio intelligatur viciorum. Hinc Nabuzardan princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter cui multitudo coquorū deseruit/ędificia virtutū ad solum redigit. Sacerdos itaq; : de altari viuere/non luxuriari quęrat. Vnde Hieronymus. Tibi o sacerdos: de altari viuere/non luxuriari permittitur. hęc ibi. Eadē quoq; quadragesima quarta distinctione capitulo. pro reuerentia. exprimit tertium concilium Toletanum: quanta sit honestas & disciplina in sacerdotum mensa/seruanda: cum ait. Pro reuerentia dei & sacerdotum id vniuersa cōstituit synodus: vt quia solēt crebro mēsis ociosę fabulę interponi/in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarū scripturarum immisceatur. Per hoc enī: & animę ędificantur ad bonū/& fabulę nō necessarię prohibentur. Rursum de cōsecratione distinctione quinta cap. in omnibus. idē pręcipitur: q̄ clerici ad mēsam similiter lectionē diuinę scripturę audiant. Et merito. nā huiusmodi sacra lectio: spirituale est pabulum animę. quādoquidē non in solo pane viuit hō: sed & in omni verbo quod procedit de ore dei.

44. distic. cū autem.
Roma. 13.
Hierony-mus.
4. regū. 25
Hierony-mus.
44. distic. ꝓ reueren-tia.
de cōsecra. distinc. 5. in oībus.
Deute. 8.

Sacrę autē literę & eloquia/quidnā aliud sunt q̄ verba ore dei deprompta: quibus nos quotidie alloquitur? Atqui irrationabile est cum pascitur corpus: animam (quę plus est q̄ corpus) relinqui ieiunam/ & suo destitui alimento. Vterqꝫ igitur simul pascatur homo: exterior cibo corporali/ interior verbo dei: quod ex sacra lectione menti ingeritur. Magna certe sedulitate id obseruarunt antiqui patres/ & eruditione & virtute clarissimi: & in primis Origenes Adamantius / de quo scribit sacer Hieronymus ad Marcellā: qđ nūq̄ cibū sine lectione sumpsit. neqꝫ somnum accepit: nisi vnus e fratribus sacras literas personaret. Hoc diebus egit & noctibꝰ: vt lectio orationē susciperet/ & oratio lectionē. ❡Sed quomodo id pręstabunt sacerdotes: qui quotidianam cum laicis & a sua vocatione alienis habent consuetudinem atqꝫ familiaritatem/nullam autem vel raram cum ecclesiasticis & suę sortis viris? Quo pacto i ea sacerdotum mensa cui soli vt plurimum assunt secularis atqꝫ negociosę vitę viri: resonabunt sacrę lectiones? vbi potius vel ad fabulas/vel sęcularia negocia / vel obtrectationes: lingua laxatur. Proinde laicorum societatem: iura canonica recte viris ecclesiasticis prohibent. nam quos studiorum disparitas separat: morū quoqꝫ dissimilitudo debet seiungere. & quemadmodum decimasexta quęstione septima cap. in noua. dicit canonica sanctio. cohęrere & coniungi nō possunt: quibus vota & studia sunt diuersa. Consonat huic Ecclesiasticus dicens. Omne animal diligit simile sibi: sic & oīs homo proximū sibi. Omnis caro ad similē sibi cōiungetur: & omnis homo simili suo sociabitur. Sicut cōmunicabit lupus agno aliqñ: sic & peccator iusto.

Origenes. Hierony.

16. q. 7. in noua.

Eccl. 13.

Quę cõmunicatio sancto homini ad canẽ? aut quæ pars bona diuiti ad pauperem. Certe quotidiana sacerdotum cum laicis conuersatio : contemptibiles ipsos reddit (cum nimia familiaritas : parere contẽptũ soleat) & grauiori efficit obnoxios culpę. quãdo coram illis peccant sacerdotes / quos deberent bono exemplo ad emendationẽ prouocare. & eos habent suorum criminum testes / socios & conscios : quorum ad virtutem deberent esse duces & incitatores. Enimuero laici ipsorum sacerdotum innitentes exemplo : in eadem facile labũtur vicia. quoniam vt inquit Gregorius. Cũ pastor per abrupta graditur : consequens est vt grex ad pręcipitium sequatur. & qui labenti innititur : necesse est vt cum labente pariter labatur. Persuadent enim sibi subditi / id eis impune licere : quod a suis pastoribus fieri palam cõspiciũt / & audentius idem perpetrãt. ex quo : superiorum longe maior redditur culpa. Quod liquido attestatur Gregorius dicens. Deterius in populo pręlati delinquũt : ac per hoc ipsi crudelius q̃ cæteri puniuntur / secundum illud libri sapientiæ verbum. Durissimum iudicium in iis qui præsunt fiet : & potentes potenter tormenta patientur. Fortioribus eñ : fortior instat cruciatio.

Gregorius

Idem.

Sapien. 6.

¶ Ieiunium non solũ ecclesiastico instituto / sed etiã diuino pręcepto atq; iure esse ordinatum : & ita homines ad id obligari. Cap. XVIII.



D comprimẽdum autẽ gulę viciũ fugiẽdam crapulam ebrietatemq; cauendã : nullum potius est & pręsentius remediũ q̃ ieiuniũ quo (vt ait Hieronymus) istę pestes corporis & reliquę consequẽtes : velut sa-

Hierony.

lutari antidoto sanãtur. Per illud enim/ castigatur corpus: & in seruitutem spiritus redigitur. quod se
1. corin. 9. fecisse scribit Paulus: & eius exemplo facere debent sacerdotes. ne forte cum alijs prędicauerint: ipsi reprobi inueniantur. Per illud item caro crucifigitur cum vicijs & concupiscentijs: quod ij faciunt qui
Gala. 5. sunt Christi. Deniqȝ per illud mortificãtur mẽbra
Colos. 3. nostra quę sunt super terrã: vt spiritus in domino viuificetur. Et certe satius est sacerdotibus hic ieiunio afflictari ad carnis castigationem: q̃ delicijs in pręsenti vita affluere/ & demum cum diuite epulone sepeliri in inferno/ & cruciari flãma inextinguibili/ fameqȝ perpetua & siti contabescere: nec mini-
Lucæ. 16. mã aquæ guttam ad linguę refrigerium obtinere.

Nõnullorũ falsa sententia.

¶ Sed ecce cum ieiuniũ prędicamus: obstrepũt nõnulli importunis clamoribus/ & verbis nostris reclamant: confringentes ieiunij vinculũ/ & contendẽtes nullo nos diuino pręcepto alligari ad aliquã ieiunij obseruationẽ/ sed sola iuris humani positione. quę (vt aiũt) nõ sic potest hominẽ cõstringere vt eius pręuaricatorẽ constituat peccati mortiferi reũ. Et ita tandem eo deducunt suam rationem/ vt sibi persuadeant eos minime peccati lœthalis reatũ incurrere: qui ieiunia ecclesiastico instituto ordinata cum possint nõ obseruãt/ vt sanctę quadragesimę/ aut quatuor temporũ/ aut vigiliarũ festa solennia pręcedentiũ: quas ecclesia indicto ieiunio celebrat. Verum hi/ prędicatores sunt Antichristi & pręcursores eius: vt soluant legem Christi sanctam & immaculatam/ carni & sanguini repugnantẽ & spiritui maxime cõsonam. Hi quoqȝ ex Epicuri schola prodijsse vidẽtur/ assertores voluptatis: & Epicuri
Epicurus. de grege porci aduersum veritatem grunnire non

verētur. Hos sane Cherinth9 maxime pbasset tāq̃ sue secte astipulatores: quæ in corporis oblectamē- tis summā felicitatis collocauit. Hos denicp Ma- chometus corruptor & deceptor orbis/lubēs fuisset amplexus: qp ad astruendam ipsius legem (si modo lex dici debeat: & non potius mera impostura atcp animorum corruptela) magnū habuissent illi mo- mentum ac pondus. Idcirco ex sacrę scripturę tam veteris q̃ nouæ legis testimonio/ elidamus durā il- lorum frontem: & subruamus basin assertionis ip- sorum. ostendentes ieiuniū non solum ex humana sanctione/sed longe prius & potius ex diuina / vim obligationis habere: deūcp aperte dedisse pręceptū obseruandi ieiunia/eiuscp pręcepto nos astringi ad illorum obseruationem. ¶In primis Leuitici deci mosexto cap. vbi festum expiationis celebrandum exprimit: inter cętera dicit dominus ad Moysem. In hac die expiatio erit vestri atcp mundatio: ab om nibus peccatis vestris corā domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est: & affligetis ani- mas vestras religione perpetua. Idem quocp repeti- tur Leuitici vicesimotertio capite: his verbis. Deci- mo die mensis huius septimi/dies expiationum erit celeberrimus & vocabitur sanctus: affligetiscp ani- mas vestras ī eo. Et paulo post. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac: peribit de populis suis. Quid oro hac interminatione & cōminatione ma- nifestius? quæ plane ostēdit eam afflictionem diui no iuberi pręcepto: non suaderi consilio. Atqui ea afflictio intelligitur esse carnis per ieiuniū emacera tio: secūdum communem omnium expositorum sententiam/consuetūcp loquendi modum/quo scri ptura sępe etiam in alijs locis vtitur. quemadmodū

Cherinth9

Machome- thus.

Leuiti. 16.

Leuiti. 23.

Nume.30. tricesimo Numeri cap. cũ ait. Si vouerit & iuramẽto se constrinxerit: vt per ieiunium vel ceterarũ rerum abstinẽtiam affligat animam suam. Et Esaię

Esaię.58. quinquagesimo octauo. Nũquid tale est ieiunium quod elegi: per diem affligere hominem animam suam? & compluribus alijs in locis. Igitur in proposito Leuitici loco pręcipit diuina authoritate ieiunium. Quod si in veteri fit testamẽto: multo amplius in nouo. quę magis spiritualis est/ & ad spiritus ducit perfectionem: ad quam ieiuniũ magnopere confert. Quę enim ad componendos mores spectant pręcepta dei: nõ minus roboris & virium in nouo q̃ veteri habent testamento/ vt liquido manifestant pręcepta decalogi. Id autem pręceptũ de obseruando ieiunio: cõstat vtiq; ad formãdos mores pertinere. etsi id cerimoniarum habeat rationẽ: ꝙ in festo expiationis fieri debuerit/ & proinde in noua lege secũdum eam considerationem nequaq̃ obseruãdum. Sed generalem dumtaxat hic ieiunij rationem attendimus: secundũ quã astruimus ipsũ etiam in hac lege gratię (quę nobis adest) esse pręceptum a deo. ¶Pręterea Iohelis primo cap. item &

Iohe.1. secundo pręcipit dominum per prophetam. Sãctificate ieiunium/ vocate cœtum. Et rursum secundo

Iohe.2. eiusdem prophetę cap. Cõuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio/ fletu & planctu. Quod nullus sanę mentis negauerit pręceptorio sermone & imperatorio dictum a domino: non autẽ suasorio tantum & admonitorio/ vt verba ipsa satis indicãt. Quid est autẽ sanctificare ieiunium: nisi ipsum in sanctimonia & puritate obseruandum indicere/ & indictum obseruare? Sicut igitur conuersio nostri in toto corde ad deũ est pręcepta diuino iussu: ita

et modus cōuertendi iubetur sanctione diuina/ vt=
pote ꝙ fiat in ieiunio / fletu & plāctu. Rursum sicut
fletus & planctus/ id est compunctio cordis & con=
tritio de peccatis a deo ibidem pręcipitur : ita & ie=
iunium/ tanq̄ debitum & expediens medium con=
uertendi nos ad deum/eadēq; prorsus ratione & in
re(ꝙ his annectatur)pręcipi intelligitur. ¶Insuper
zacharię septimo cap. dominus ad sacerdotes & ad
omnem populum ait. Cum ieiunaretis & plange= Zacha. 7.
retis in quinto & septimo / per hos septuaginta an=
nos : nūquid ieiunium ieiunastis michi? Et octauo
eiusdē prophetę cap. Hęc dicit dominus exercituū. Zacha. 8.
Ieiunium quarti/ & ieiunium quinti/& ieiunium se
ptimi/ & ieiunium decimi: erit domui Iudę in gau
dium & letitiā/ & in solēnitates pręclaras. Ex qui=
bus liquet Iudęos saltem post euersionem vrbis &
tēpli in captiuitate Babylonica detentos / quinimo
& post illius dissolutionem : assuetos esse obserua=
tioni ieiuniorū indictorum in quarto mense & qui
to/septimo & decimo. Sed cuius authoritate īdicta
fuerūt & cōstituta illa ieiunia : nisi diuina? Nūquid
si humana tātū traditiōe & per sanctionē hūanitus
solū inductā obseruata fuissent ea ieiunia : illorum
per prophetā dn̄s meminisset/promisissetq; eadē in
gaudiū & hilaritatē tandē cōuersū iri? Erāt igitur
apud Iudęos ieiunia diuino iussu atq; p̄cepto ordi
nata. qđ sufficit ad astruēdū ꝙ ieiuniū ex diuino pē
deat īperio. ¶Ad hęc. Angelus Raphael ad Thobiā Thobię. 12
dixisse legit̄. bona est oratio cū ieiunio et eleemosy
na: magis q̄ thesauros auri recondere. Vbi angelus
dn̄i adiūxit ieiuniū alijs duob⁹ opib⁹ satisfactorijs
sc; orationi et eleemosynę: tāq̄ suis comitib⁹ et sine
qb⁹ deo nequaq̄ esse gratū soleat. Quib⁹ sane verbis

ſubinſinuauit: eandem prorſus illorum triũ ſimul nominatorum eſſe rationem/ quantum ad prǫcepti diuini obligationem atq; coartationẽ. vt ſi vnum eorum a deo prǫceptum fuerit: ǫquo iure conuincantur & alia eſſe prǫcepta. Atqui oratio & eleemoſyna/ diuina iuſſione ſunt prǫcepta: vt liquido conſtat ex multis ſcripturǫ locis. Igitur & ieiuniũ illis adiectitium: pari iure atq; ratione prǫceptum intelligi debet. ¶ Cõuincitur etiam idem ex ſexto Matthǫi capite: vbi eadem tria opera rurſum connectit/ & ſingillatim explicat dominus quomodo ſint exercenda. De eleemoſyna quidem. Cũ facis eleemoſynam: noli tuba canere. De oratione vero: ſecũdo loco. Et cum oratis: non eritis ſicut hypocritǫ. De ieiunio autem: tertio loco ſubnectit. Cum autẽ ieiunatis: nolite fieri ſicut hypocritǫ triſtes. Vbi perſpicue ex ipſo loquendi ſchemate atq; forma/ prǫſupponit eſſe ieiunandũ: tã q̃ id diuino prǫcepto ſit indictum. quemadmodum omnino conſimili loquendi ratione/ prǫſuppoſuit & eſſe orandum ex diuino mãdato: & dandam eſſe eleemoſynam. Eãdẽ ſiquidẽ obligatione & obſtrictione/ diuini ſcilicet prǫcepti/ ad illa tria homines deuinciri: ipſe idem ſermonis cõtextus dilucide prodit. ¶ Inſuper Matthǫi decimoſeptimo capite dixiſſe legitur dñs noſter diſcipulis ſuis. Hoc autẽ genus (dǫmoniorum ſcilicet) nõ eijcitur niſi per orationẽ & ieiuniũ. Et idem conſimilibus fere verbis: Marci nono capite repetitur. Per quod (vt exponit Nicola9 lyra) īnuit ꝙ dǫmon titillans hominẽ & tentans ad vicia carnis/ quinimmo & ipſa carnis vicia: nõ eijciuntur a nobis neq; vincũtur niſi per orationis & ieiunii medicamẽta. Quã vtiq; ſententiã eodẽ in loco confir=

Matth. 6.

Matth. 17.

mat glosa: dicens. Ista carnalium voluptatum mu
tabilitas nõ mutatur vel vincitur: nisi spiritus ora=
tione cõfirmetur/ & caro per ieiunium maceretur.
Atqui diuino prȩcepto obligantur homines: ad su
perandum hoc genus dȩmoniorum. Caro enim & 1.corin.15.
sanguis: regnum dei non possidebũt. Et qui amat Ioan.12.
animam suam in hoc mundo: perdet eam. Immo
qui non oderit animam suam: non potest Christi Lucȩ.14.
esse discipulus. Ergo eodem etiam prȩcepto obli=
gãtur homines ad ea media/ orationem inquam &
ieiunium: sine quibus hũc finem/ viciorum scilicet
carnis extirpationem assequi non possumus. Obli
gauit igitur deus suo prȩcepto homines ad ieiuniũ
sicut & ad orationem: vt hisce medijs suȩ saluti ne=
cessarium finem assequantur/ vtpote viciorum car=
nis repressionẽ. ¶ Sed quid multis opus est verbis?
Nõne dominus & legifer noster/ quadraginta die= Matth.4.
rum & noctiũ ieiunio/ nostram cõsecrauit quadra=
gesimam: & opere in se ostendit quod debeamus
imitari? Cui deinde accessit ecclesiastica cõstitutio:
tempus & modum obseruandi ieiunij non sine dei
directione determinãs. Diuini igitur prȩcepti est:
ꝙ ieiunemus. humanȩ vero sanctionis atq; consti=
tutionis: ꝙ hoc vel illo tempore/ ꝙq; tali modo
& victu ieiunium obseruemus. Huiusmodi tamẽ
humana positio nõ minus est tenenda: q̃ si diuino
ore esset deprompta. quoniam qui ecclesiam nõ au Matth.18.
dierit: sicut ethnicus & publicanus habẽdus est. Et
de Apostolis atq; viris apostolicis dictum est a do=
mino. Qui vos audit: me audit. & qui vos spernit: Lucȩ.10.
me spernit. Quare qui ecclesiȩ fuerit rebellis/ et eius
dicto non audiens: dei contemptor est habendus.
Idcirco recte decernũt põtificiȩ sanctiones patrũq;

decreta/ꝙ in ijs rebus de quibus nichil certi ſtatuit diuina ſcriptura: mos populi dei & inſtituta maio=rum/pro lege tenenda ſunt. Et ſicut prȩuaricatores diuinarum legum: ita contemptores eccleſiaſticarū̃ conſuetudinum coercēdi ſunt. Sed hȩc quaſi per digreſſionem nō tamē inutiliter dicta/ſatis ſint. nūc ad iter propoſitum reuocemus gradum: & de mo=ribus ſacerdotum nonnichil adhuc diſſeramus/re=liquas quȩ eos decent virtutes proſecuturi.

¶ Ocioſitatem ſacerdotibus ſummopere fugiendā eſſe/ & negligentiā circa ſuos dirigendos: ſimul & ludorum inhoneſtatem. Cap. XIX.



Ichil autem ſacerdotali charactere inſignitis magis eſt declinandum vltra ſupradicta: q̄ ociū & torpēs animi ignauia/nichil boni operis exercens/& omni virtutum vacās officio. quoniam ea prȩſtat alimē=tum & materiam multis: vicijs ſecundum hanc Ec

Ecci. 33. cleſiaſtici ſentētiam. multam maliciā docuit ocio=

Hierony. ſitas. Ad quam toto animi enixu fugiēdam: id ma=

De conſe. xime agēdum quod ſcribit Hieronymus ad Ruſti=

diſtinc. 5. cum monachum. Nunq̄ de manu tua vel oculis/li=

nunq̄. ber pſalterij diſcedat: dicatur ad verbū oratio ſine intermiſſione. Ama ſcientiam ſcripturarum: & vicia carnis nō amabis. Facito aliquid operis: vt ſemper diabolus inueniat te occupatum. Enimuero ſi=cut vrbs patēs abſꝗ murorum ambitu facile quoſ=uis admittit hoſtes: ita ocioſus animus in ignauo corpore omnes paſſim recipit dȩmonū ſuggeſtio=nes/& per eas ad grauia impellitur ſine aliquo ne=gocio ſcelera. Quibus vt viam prȩcludat et aditū ſacerdos: poſt expleta tēpli officia/lectioni ſacrarum

literarũ debet animũ intẽdere/atq; tam salutari stu dio totos dies occupari: quo nullum dari potest sa- lubrius/aut gradui sacerdotali congruentius. San- ctos item doctores Hieronymum Augustinũ Am- brosium/Gregorium/Chrysostomum/Bernardũ/ & ceteros qui sacrę scripturę sensum nobis suis ex- planationibus aperuerũt: euoluere ac perlegere stu deat/ex quibus rectam eius assequatur intelligen- tiam. Insuper decreta sãctorum patrũ sãctionesq; canonicas/ quomodo ecclesiastica sacramenta sunt administranda/& sacerdotum vita instituenda/late determinantes: assidua versare manu laboret. His etenĩ studijs sanctis occupati sacerdotes/ neq; mar- cebunt ignauia/ ociove torpebunt: neq; inhonestis & turpibus ludis tempus & suam consument sub- stantiam. qualis est alearum ludus/cũ Christianos omnes tum maxime sacerdotes dedecens: & ponti ficijs decretis districte prohibitus. Nẽpe tricesima quinta distinctione cap. episcop9. ex canonibus a- postolorum depromptum statuitur hoc decretum. 35. distinc. episcopus.
Episcop9 aut presbyter aut diacon9/alcę atq; ebrie- tati deseruiens: aut desinat/aut certe dãnetur. Sub- diaconus autem/lector aut cantor/ similia faciens: aut desinat aut communione priuetur/ similiter & laicus. Neq; subterfugiũ quęrat aliquis cauillator: dicens particulam de/in dictione deseruiẽs ibidem auxesin atq; incrementum designare. vt tantun- dem valeat deseruiens atq; valde seruiens: quemad modũ eodẽ in loco sentit glosa. Et proinde cõtẽdat inibi non prohiberi alcę ludum: nisi qui frequens exercetur & assiduo vsu trahitur in consuetudi- nem. Nam esto q; pœna canonis ibidem expressa

non feratur nisi in eum qui crebro alearum ludo est intentus: attamen quantumuis rarenter factus ille ludus/immo & semel/suapte natura dānabilis est/ & graui semper obnoxi9 peccato. Quod ex verbis Innocentij tertij in concilio generali protinus innotescit: qui in titulo de vita & honestate clericorum/cap. clerici officia. inter cętera dicit. Clerici ad aleas & taxillos non ludāt: nec huiusmodi ludis intersint. Quibus sane verbis/omnem alee ludum siue frequēter fiat siue raro: sine discrimine clericis interdicit. Ludum autem alee voco eum: qui iactu tesserarum committitur & soli innititur fortunæ/ quemadmodum authores fere semper accipiunt. Sub quo comprehendi intelligo omnem alium ludum: cuius lucrum ex solo pendet fortunę euentu/ & nulla industria humana dirigitur. Qui certe nullam habet iusti lucri rationem: ob quam legitime trāsferatur lucrum in ipsius lucrantis dominium. Quocirca cum eximio patre sancto Bonauentura sentio/huiusmodi lucrantes ad restitutionem eorū que hoc ludo sūt assecuti stricte obligari. et quod taxillorum iactu aut chartis lusorijs sunt lucrati: in pios vsus pauperum erogari debere. Enimuero si quis semel aut bis contrectet aleas & eas iactitet/cōcertans cum alio posito pignore: nōne tandem trahetur ex huiusmodi inescatione ludi in consuetudinem & fiet aleator/habebitq; aleas in delicijs? Nōne qui sibi cauere vult ne in assuetudinem mali ducatur: eniti debet vt ne semel quidē admittat id cui9 assuefactionem vult euitare? cū dicat Ecclesiastes. Qui in vno deliquerit: multa bona perdet. Et Ecclesiasticus. Qui spernit modica: paulatim decidet.

Innocenti9 tertius.

Bonauētura.

Eccēs.9.
Ecci.10

¶Rursum obijciet aliquis/permissum esse a iure ꝑ modico precio ludum: aut causa recreationis/aut conuiuij. vt lucrũ non inferatur crumenę lucrãtis: sed in esculẽta cõuertatur aut poculenta. Admitto id quidem in ludis illis qui industriam humanã habent annexam: quinimmo & in ijs qui soli innitũtur fortunę/neq humana diriguntur industria ad assequendum lucrum aut euitandum damnũ. modo id fiat quod dictum est in obiectione/vt modicũ sit precium: ne succumbens graui detrimento afficiatur. cõuertaturq lucrum in sumptus mediocris conuiuij: quod relaxandi animi gratia instruatur. Sed quotus quisq est/qui ĩtra metas iam positas se continere velit: & vltra non tendat ad resarciẽdum copioso lucro marsupium? Certe a plerisq cum a modicis incœperint ludum pro animo (vt aiunt) relaxãdo: interdũ iam luditur alea pernox. & absumpta pecunia: vestes/patrimonia/tecta/&prędia/ pro pignore ludi constituuntur. Quæ imcõmoda siquis deuitare velit (velle autem: debent omnes) ne huiusmodi ludis sorti fortuitę subiectis vnq̃ se exponat: summopere laboret: quoniã facile illis inuiscaretur. ¶Cęterũ in ludis illis qui humana dirigũtur industria/solertia atq peritia/adhibere sacerdotes debent cautionẽ: ne illis vacent aut ĩmoderata cupiditate lucri/aut frequentius ęquo nimiave assiduitate. aut tempore minus conueniente: vt quod diuino officio debeat deputari. aut loco minus congruo: vt patente & in propatulo cõstituto. Siquidẽ si aut arcu aut pila decertet sacerdos in laicorum conspectu & loco publico: illis inspectoribus sępe ingerit scãdalum & prębet offendiculum/

iudicãtibus sacerdotalem ordinem id minime de=
cere. vnde occasionem ruinę pręstat proximo: gra=
uiusq; delinquit. Et idem ferendum est iudicium:
si illi ludo intentus sit sacerdos / in quo euenire ple
rumq; solet periculum lesionis fortuitę alteri infe=
rendę: vt ludo arcus atq; eiaculationis telorũ. Me=
rito namq; repręhendendus est/id ludi genus exer
cens: q; exponat se periculo effundendi humanum
sanguinem/aut grauiter aliquẽ casu ledẽdi. Quod
si in hoc genere ludorum/aut alio quouis modo/sa
cerdos peccatum admittat: longe deterius commit
tit malum q̃ laicus aut plebeius/ consimile peccati
genus perpetrans. tum ob altiorem & eminentiorẽ
dignitatis gradum. tum ob scandalum quod aliis
exinde ingeritur atq; suboritur. Neq; hęc mea est
Chrysosto. sed Chrysostomi sentẽtia: in sexto libro dialogo=
rum de dignitate sacerdotali de se dicẽtis. Nũc ego
(cum scilicet non fungor sacerdotio) michi talem
vltionem referri puto: qualem peccatorum meorũ
exigit magnitudo. Accepto vero sacerdotio: nõ so=
lum duplicatam aut triplicatam / sed toties auctã:
quot fuerint illi quos scãdalisare possum. & quam
meretur is: qui post acceptum honorem/ largitorẽ
eius offenderit. Propter hoc enim & Israelitę: gra=
uius cęteris gentibus arguuntur. Hoc videlicet cor
reptionis illius vindicta indicante: quia post bene=
ficia accepta peccantes/maiora tormẽta mereãtur.
Ideo aliquando dicit ad illos deus. Quoniam vos
cognoui solos ex omnibus tribubus terrę: propter
hoc vlciscar in vobis impietates vestras. Aliquãdo
vero. Accepi ex filijs vestris ĩ prophetas: & ex iuue=
nibus vestris in sanctificationem. Ante tẽpora etiã
prophetarum: differẽtiam fecit deus inter sacerdo=

tum plebisq3 peccata. Offerre enī iubebat sacrifi-
cium pro sacerdotis errore tantum: quantum pro Leuiti.4.
totius populi delicto. Quo nichil aliud indicatur:
q̃ ꝙ maiore indigeant adiumento vulnera sacerdo
tis/& tanto: quanto simul vniuersi populi multitu
do. Maiore autem non egerent: nisi grauiora iudi
carentur. Grauiora autem efficiuntur/non condi-
tione corporis: sed dignitate facientis. Et quid de
viris loquar: qui participes ministerij sacerdotalis
erant? filię quoq3 sacerdotum quæ nichil habebant
cum officio commune: tamē propter honorem pa
rentum multo pro peccatis suis maiorē q̃ reliquæ
fœminę sustinēt vltionem. Et quidem delictū vnū
est: tam quod ab ipsis/q̃ quod a vulgaribus mulie-
ribus perpetratur. Fornicatio enī ęqua in vtrisq3: Leuiti.21.
vltio vero multo circa illas seuerior. Vides quemad
dum ostendit deus: quoniam honoris consideratio
durius facit eos qui regunt q̃ eos qui reguntur/ pu-
niri. Et qui filias sacerdotis/grauioris vindictę lege
constringit: illum ipsum qui causam etiā in pigno
re suo huius fecit augmenti/poterit ne eadem lance
iudicare qua ceteros/& nō multo seueriore? Quod
quidem conuenienter fit. Neq3 enim circa solius sa
cerdotis damna peccatum eius transigitur: sed etiā
infirmorum animas interficit quæ illius corrūpun
tur exēplo. hoc & Ezechiel ostendere volēs: differē-
tiam fecit inter ouium arietūq3 iudiciū. Hęc Chry- Ezech.34.
sostomus. ¶ Neq3 solū incurrūt reatū culpę sacer-
dotes/si prauo exemplo suo corrumpunt alios: sed
etiam si negligenter curant eorum salutem qui suę
cōmissi sūt custodię. Nauis enī periclitatio: impu-
tatᷓ naucleri icurię. et ouiū a lupis dilaceratio: pasto
ris iertię. Sic curr9 euersio ascribitᷓ ignauię aurigę:

& discipulorum indisciplinati mores atq; inscitia/ in prçceptorem retorquetur. Haud secus animarũ perditio in subditis/impingitur negligentię sacerdotis: minus q̃ par est circa eorum directionẽ intẽti atq; soliciti. secundũ illud verbum tertij libri regũ: quod quisq; sacerdotum sibi a domino dictũ esse
3. regũ. 20 debet extimare. Custodi virũ istum. qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius. Quod & beatus Paulus ad Hebræos scribens cõfirmat: dicẽs.
Hebrę. 13. Obedite prępositis vestris: & subiacete eis. Ipsi enĩ peruigilant: quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Certe & rex Dauid sãctitate prçcipuus/ eo ipso repręhẽsione dignus in sacris litteris innuitur: q˜ non corripuit acriter Amnon filium suum
2. regũ. 13. qui propriam sororem vi compresserat. noluit (inquit) cõtristare spiritum filij sui Amnon: quoniã diligebat eum/quia primogenitus ei erat. Cum etiã
3. regum. 1. Adonias nescio & inconsulto patre vellet regio potiri sceptro/paternumq; regnum ambiret: non corripuit eum (inquit) pater suus aliquando: dicens. quare hoc fecisti? Formidare igitur debẽt & sacerdotes aliorum directioni prępositi/ne quemadmo-
1. regum. 4 dum Heli grauiter a domino punitus legitur/ repẽtinaq; morte fractis ceruicibus extinctus: eo q˜ nouerat indigne agere filios suos/& non corripuit eos paterna illa seueritate qua debuit. ita & ipsi incidãt in manus dei: si correptionem debitam non adhibeant erratis subditorum / sed consuant puluillos mollis adulationis sub cubitis eorum: & loquãtur eis placentia. si videãt aberrantes suas oues per inuia viciorum & abrupta scelerum: & non studeant eas reuocare in viam rectam.

¶Castitatem & vitæ continentiam a sacerdotibus obseruari debere: ex sacrę scripturę & sanctionũ canonicarum testimonio. Cap.XX.



Eniq; adijcięda est supradictis vitę sacerdotalis ornamentis castitas & vitę puritas: mirum in modum hunc ordinem decorãs/ & pro magnitudine atq; excellẽtia ministerij ei9 sũmopere necessaria. Quid enim designauit id veteris legis institutũ/quo agn9 paschalis iubebatur cũ panibus azimis mãducari: nisi verum ipsum agnum dei & immaculatum/in sanctitate & mũdicia cum corporis tũ animę sumi debere? vt incontaminata illa mysteria: impollutis & incoinquinatis cõtrectentur manibus & animis. Exodi.12.

¶Rursũ filij Israel suscepturi legẽ in monte Sina: iussi sunt non appropinquare vxoribus suis. sed vt aptiores essent tanto muneri suscipiendo: a cõgressione etiam maritali abstinere diuino pręcepto debebãt. Quid igitur facere debet sacerdos/ipsum dominum legis immo & perfectioris legis latorẽ suscepturus? nonne in omni sanctificatione & continentia se pręparare: vt pro dignitate rei tam sancta offerat & contingat sacramenta? Exodi.19.

¶Ad hęc. In veteri lege: sacerdos virginem tantum puellam potuit vxorem ducere. a cuius tamen cõsortio/cum in tabernaculo aut templo erat sacrificium oblaturus: debuit continere/neq; ab ipsius templi adytis atq; penetralibus/donec suæ vicis impleret ministeriũ: discedere. quemadmodum de zacharia sancti Ioannis patre innuit beatus Lucas in sui euãgelij exordio. Si hanc vitæ sanctimoniam expetiuit in sacerdotibus suis lex illa typica & figuralis: nõne longe Leuiti.21. Lucę.1.

maiorem iure efflagitat lex noua/quæ est gratiæ & veritatis? sane tanto maiorem: quanto maius & dignius est quod i hac offertur sacrificiũ. ¶Preterea.
1.regũ.21. Non potuit Dauid licet necessitate adactus comedere panes propositionis: nisi ab Achimelech sacerdote interrogatus asseruisset & se & socios suos a mulierum contactu esse mundos/& tres ante dies se ab earum congressu prorsus continuisse. Atqui panes illi propositionis/vmbra solum erant & imago istius panis viuifici & supercœlestis: qui in noua lege manducatur & sumitur. Quis igitur non videt omnem prorsus fugiendã esse fœminarum societatem ab ijs: qui hunc panem salutarem deo debẽt offerre? ¶Esaias item admonet sacerdotes et mini-
Esaię.52. stros templi his verbis. Mundamini: qui fertis vasa domini. Quod si mundicia exposcebatur ad vasa materialia deferenda quę domino erãt consecrata: longe potiore iure & nunc expetitur ad deferẽdum vas illud admirabile & opus excelsi/in quo omnes virtutis & gratiæ thesauri sunt reconditi. & non modo ad deferendum: sed & ad offerendum domino atq; sumendum. ¶Insuper. Per Malachiã dñs
Mala.1. his verbis sacerdotes icrepat. Ad vos o sacerdotes: qui despicitis nomẽ meum. Et dixistis. In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meũ: panem pollutum. Sed quomodo potest (dicet quispiã) panis ille pollui: in quo nulla est labes/sed omnem peccati maculam tollẽdi virtus immensa? In se quidem non polluitur/qui mundissimus est: sed in ministris illum offerentibus. Offerũt enim pollutum panem sacerdotes: quando libidinis putore sordidati sacratissimũ illum panẽ tentant offerre. Quẽ (quantũ in se est) pollutũ ostendũt: q̃ nõ ma-

iore ipſum reuerētia atq; puritatis ſtudio attrectāt/ q̄ ſi contaminatus eſſet & inquinatus. vt miniſtrorum pollutio/in ipſum quoq; panē oblatum ſecūdum denominationē redundet atq; retorqueatur: facitq; illū pleriſq; pollutum videri. Eodem quoq; modo dicūtur ſacerdotes iniqui polluere nomē domini: quod tamen ſemper eſt ſanctiſſimū/ & nulla poteſt cōtagione labefactari. Enimuero quoniā vitę ſuę peruerſitate diuino nomini (quod omnis decet honor & gloria) inhonorationē inferūt: quantū ad ipſos attinet/ſacrū illud nomen polluūt/quoniā ex operibus ſuis illud pollutū eſſe demonſtrant: qꝛ non maiorē illi venerationē q̄ ſi contēptibile et inglorium eſſet/impendūt. ¶ Deinde per eundē prophetam/hanc nouę legis oblationem inſinuans dominus/& euāgelicę gratię ſtatū prętiūcians ait. Nō eſt michi volūtas i vobis/dicit dominus exercituū: & munus nō ſuſcipiam de manu veſtra. A ſolis eni ortu vſq; ad occaſum/magnū eſt nomen meum in gētibus: & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio mūda. Ecce vetuſti ritus ſacra ſe recuſaturū denūciat dominus: & in omni loco terrarum ſacrificandā ſibi eſſe oblationē mundā/ quę nouā reſpicit & cōcernit legē. Atqui hoſtia ſācta & mūda: tales etiā exigit ſacerdotes/ſanctos inquam/ mūdos & puros. Decet igitur eos & vitę habere mūdiciam: & omnimodā pręferre puritatē. ¶ Demū Chriſtus ipſe mundū ſuo in carnē aduētu illuſtraturus: de matre virgine naſci voluit oīs corruptionis immuni/& cū virgineo decore maternū nomen habēte. Deinde mortem acerbā pro nobis paſſus: ſindone mūda inuolui et in ſepulchro nouo reponi elegit/in quo nondū quiſq̄ poſitus fuerat. Quę oīa

Mala. 1.

Lucæ. 1.

Ioan. 19.

nobis sunt argumēto/syncerā mētis & corporis puritatē magnopere illi cordi esse: ipsūq3 nō nisi mūdis sacerdotū manibus nullo libidinis genere pollutorū attrectandū esse/nō itidē nisi in puro cordis sacerdotalis reclinatorio ac domicilio locari debere.

Luce.12. ¶Postremo hūc euangelij locum apud Lucā. sint lumbi vestri pręcincti: & lucernę ardentes in manibus vestris. exponēs Haymo/luculentus sacrarū literarū explanator/ait. Lumbos pręcingimus: cum ardorē libidinis amore castitatis refrenam9. Quod cum omnibus fidelibus generaliter obseruādū sit: specialiter tamen ministris ecclesiastici ordinis custodiendū iniungitur/quando in veteri lege carnes agni (qui in figura corporis & sāguinis Christi immolatus est) nō prius comedere permissi sunt: q̄ renes accinctos haberent / domino dicente. Sic ergo comedetis illum. renes vestros accingetis: calceamēta habebitis ī pedibus. Item. Et dixit dominus ad Moysem. Loquere ad Aarō et ad filios eius. Homo de semine vestro in q̄uo fuerit macula: non accedat ad altare. Qui enim sacra mysteria manibus tractare/& alijs ministrare debēt: dignum est vt ab omni immunda pollutione sint alieni/ vt scilicet & mēte sint casti & corpore pudici. Hęc ille. ¶Quocirca antiquorū patrum decreta ecclesięq3 cōcilia: ijs qui sacros ordines amplectuntur perpetuam indicunt vitę continentiam. quod cum frequenter alias/tum octogesima secunda distinctione cap. proposuisti / ita ab Innocentio depromitur. Sacerdotes quibus sacrificandi & orandi iuge officium est: semper debent a mulierū consortio abstinere. quia si cōtaminatus fuerit carnali cōcupiscentia qui orat: quo merito se posse exaudiri credit? cū dictum sit. oia mū-

Haymo. Exo.12. Leui.21. 82. distin. ꝓposuisti. Titū.1.

da mundis .coinquinatis autē & infidelibus nichil est mundū: sed coinquinata est eorū mens et cōsciē= tia. Et eodē loco deinceps. Incontinentes in officijs altaris positi/omni honore ecclesiastico priuentur: nec admittantur ad tale ministeriū/ quod sola con= tinētia oportet compleri. Rursum Innocentius ter tius in cōcilio generali eam promulgauit ecclesia= sticā legē: quæ ī titulo de vita & honestate clericorū cap. vt clericorū. his verbis cōtinetur. Vt clericorū mores & actus in melius reformentur: continenter & caste viuere studeant vniuersi/ præsertim in sacris ordinibus constituti. ab omni libidinis vicio præca uentes: maxime illo/propter quod venit ira dei in fi lios diffidentiæ. quatenus in cōspectu omnipotētis dei puro corde ac mūdo corpore valeāt ministrare.

Innocenti9 tertius.

Colos.3.

¶ Cæterū grauiter insectatur scriptura duos filios Heli sacerdotes Ophni & Phinees: qꝫ inter cætera mala sua opera dormiebant cū mulieribus quæ ob= seruabant ad ostium tabernaculi. Neqꝫ plagā illis a domino illatam subticet: cū refert eos ambos in prælio contra Philisteos gladio cæsos esse. Timeant itaqꝫ sacerdotes eodem laborātes peccato: ne æternæ damnationis ense a domino feriantur/ & perpetua morte dānentur. Audiāt itidem attentius Hierony mū dicentem. Acerbiora gehennæ tormenta sacer= dotibus & clericis fornicātibus reseruātur. Væ tibi sacerdos/qui eodē ore oscularis filiam veneris: quo paulo ante sumpsisti filiū virginis. O impie Iuda: osculo filiū hominis tradis. ¶ Insuper. Balthasar rex Babyloniorū qꝫ vasa sacra templi Solymi accō modauit ad vsum suæ mensæ in crapulam & ebrie= tatē: regno spoliatus est & eadē nocte interfectus. vt prædixerat Daniel: scripturæ ī pariete subito exa

1. regū. 2.

1. regum. 4.

Hierony.

Danie. 5.

ratę interpres. Quid ergo supplicij eos manet sacerdotes/qui vasa corporis sui consecrata dño/cœno carnalis concupiscentię incestant ac conspurcant?
1. thessa. 4. quæ deberēt custodire in sanctificatione & honore: secundum beati Pauli doctrinam. ¶ Ad hęc. Septē viri Sarę filię Raguelis/a dęmonio subinde strāgu-
Thobię. 6. lati sunt: ꝙ eā duxerint vxorē magis vt suę vacarēt libidini/q̄ vt legitima nuptiarum fœdera seruarent & prolē ex ipsa sustollerent. Cur ergo nō timent sacris ecclesiasticis initiati & vitę castimoniam abijcientes: se consimili iudicio prefocatum iri? quandoquidem longe grauius est eorum flagitium: q̄ illo-
2. mach. 9 rum septem qui legitimā duxerant vxorē. ¶ Adde ꝙ Antiochus Epiphanes percussus a deo scatēsq; vermibus/miserando exitu in montibus perijt: ꝙ templum domini in Hierusalem gentilitio ritu tēpore Machabęorū prophanasset. Quid igitur supplicij timere non debēt sacerdotes: qui corpora sua templum dei viui/illi consecratum & sanctū/ sorde luxurię polluunt? cum terribiliter omniū auribus
1. corin. 3. inclamet Paulus. Siquis templum domini violauerit: disperdet illum deus. ¶ Sed nonne in euāgelio
Marci. 5. legimus dęmonum legionem permittēte domino abijsse in porcos Gesarenorum: & totū illum gregem ad duo milia pręcipiti cursu in lacū proximū egisse ac demersisse? Hoc autem mystice nobis insinuat/eos omnes qui porcorum more luto libidinis obuoluūtur/nisi diuina occurrat benignitas: potestati dęmonum permittendos esse/& tandem in lacum damnationis ęternę pręcipitādos. Cur igitur non timent eo edocti exemplo/ne illis nęquam spiritibus summopere id expetentibus tandem dominus potestatem faciat eos inuadendi ac enecandi:

quos nunc benigniter inuitat & expectat ad pœnitentiam? ¶ Demum Corinthius ille qui incestũ cõmiserat/legitur fuisse traditus sathanę in īteritum carnis: vt ab eo affligeretur. Sed nonne consimilē pœnam timere debēt sacerdotes/ deo nō minus iniurij: cum prostituūt seipsos omni libidinis obscœnitati? Resipiscant itaq; cum tempus habent: ne repentinus illis superueniat interitus. Scripta namq; sunt hęc: ad correptionem nostram. 1. corin. 5.

¶ Quod vitę incontinentia in sacerdotibus/ est voti transgressio: a qua solus episcopus aut eius vices gerens potest eos absoluere. Cap. XXI.



Vemadmodum autē religiosi in vitę monasticę professione/astringunt se voto continentię obseruādę: ita & clerici in sacrorum ordinum susceptione/ex ipsa ecclesiæ publica cōstitutione. quę decreuit vnumquemq; sacris initiandũ: debere continentiā perpetuā profiteri. queadmodũ ex multis locis vicesimę octauę distinctionis ipsius decreti est pspicuũ: pręsertim ex capite nullum. vbi beatus Gregorius ita scribit Petro subdiacono. Nullũ facere subdiaconum pręsumant episcopi: nisi qui se castum victurum promiserit. quia nullus ad ministerium altaris accedere debet: nisi cui9 castitas ante susceptũ ministeriũ fuerit approbata. Et est huiusmodi votum seruandę continentię in sacerdotibus/nō simplex & secretum atq; occultum/ sed solenne: quod in propatulo etsi non voce / facto tamen & opere profitentur per sacrorũ ordinũ susceptionem: quibus ecclesiastica sanctio ānexuit perpetuā cōtinētię legē. haud aliter q̄ religiosi eandē solēniter vouent

Gregorius 28. distinc. nullum.

cōtinētiā: p ipsius religionis professionē. Quare vt in addictis monasteriali arctitudini/ita & in ijs qui sacris ordinib9 sūt initiati: plapsio in incōtinentiā est voti trāsgressio/& species libidinis peculiari nomine sacrilegium nominata / adulterijq; crimine grauior: q; in ea votum deo solenniter factum violatur. Et ad solum episcopum ex ecclesiastica ordinatione pertinet huius tantę labis absolutio : sicut & adulterij/ea inferioris. Neq; potest quispiam authoritate & potestate episcopi ea in parte carēs (quē vulgo simplicem vocant sacerdotem) in foro pœnitentię quemq̄ relaxare sua vi aut absoluere hoc flagitio contaminatum. Hęc dicta sunt/vt cognoscatur tanti mali (incōtinētię scilicet in sacerdotibus) grauitas atq; enormitas: & cognita studiosius euitetur. Ne etiam alios decipiant & decipiantur sacerdotes/aut petentes a simplice sacerdote absolui de hoc nefario crimine/aut attentātes absoluere alios: quoniam & errant ipsi/& alios in errorem pariter trahunt. ¶Neq; illorum probanda est aut sequenda sententia/qui asserūt sacerdotem prolapsum in fornicationem cum muliere non alligata vinculo maritali vt concubina/aut in adulterium cum muliere nupta: grauiter quidem peccare/quoniam trāsgreditur pręceptum domini prohibēs mœchiam. non tamen votum transgredi. quoniam (inquiūt) votum dumtaxat fit de re alias licita: & quæ sit supererogationis. Fornicari autē & adulterari : nūq̄ est licitum. Nō ergo quispiam potest se voto astringere: q; nunq̄ fornicabitur aut cōmittet adulteriū. quandoquidem illa duo mala: diuino pręcepto sūt prohibita. Incidēs igitur in illa mala sacerdos: trāsgreditur pręceptum domini/sed nō est voti reus/vt

Nonnullorum falsa sententia.

dicunt. Hęc potissima est eorū ratio: qua suā nitū- tur fulcire sententiā. & consequenter astruere: sacer- dotē absolutoria episcopi virtute carentē / posse aut fornicarios sacerdotes aut adulterij reos absoluere in sacramēto recōciliatiōis atq; pœnitētię ab hisce flagitijs. & nequaq̄ illos ab episcopo relaxationem quęrere debere: aut ad illum esse remittēdos. ¶ Sed certe mirū est istos etsi eruditione insigni pręstantes famaq; celeberrimos / īgenue fateri: religiosum aut sacris ordinibus mancipatū / si vxorem duxerit: voti esse transgressorē. nō autem: si deteriora cōmiserit flagitia & in fœdiorē prolapsus fuerit incōtinētiā / vt fornicationē aut adulteriū / aut aliā quāuis: extra matrimonij fœdus & thorū. Verum si aperte consti terit & pręcepti diuini & voti materia / circa quā v- trūq; versatur: liquido censebitur omnis prolapsio in incontinentiā a religioso aut sacerdote cōmissa / esse voti trāsgressio. Per pręceptū quidē diuinū quo mœchia vetatur: prohibetur omniū consensu atq; confessione / omnis vsus veneris extra thorum nu- ptialem. Per votum autē castitatis: promittitur deo solenniter perpetua continētia / firmo animo pro- posita / a quo nūq̄ vouens declinet. Atqui manifestū est / perpetuā cōtinentiā & ab omni venere tā in ma- trimonio q̄ extra hoc fœdus abstinentiā: de ijs esse quę sūt supererogationis / & quę alias nulloq; facto voto sunt licita. Fas est enim alicui qui nullo se ob- strinxit voto: non seruare perpetuā continentiā / sed in cōnubio indulgere proli procreādę. Quare si vo tū cōparetur ad suā propriā materiā / & obiectū cir- ca quod cōsistit: cōstat vtiq; sacerdotes aut fornicā- tes aut adulterantes esse voti transgressores / quoniā non seruant perpetuā cōtinentiā: quā deo solēniter

& publice promiserũt. Et oppositã huic sequentes sentẽtiã vidẽtur ex eo fuisse hallucinati: ꝙ nequaꝗ̃ attenderũt propriã voti cõtinẽtię materiã vt debuerunt/sed solũ diuini pręcepti. quę tamen duę materię/late inter se discrepãt: & magnã rationis habẽt diuersitatẽ. ¶ Cęterũ cum obijciũt ipsi sacerdotem in fornicationẽ aut adulteriũ prolapsũ/ esse pręuaricatorem illius præcepti diuini: quo prohibetur mœchia/ & omnis vsus veneris extra matrimoniũ. ex quo conficiũt eundẽ ob illa flagitia non debere cẽseri transgressorẽ voti: cũ inter se longe diuersa sint pręceptum & votũ. admittitur sane quod assumunt ĩ hac sua ratiocinatione: sed refutatur quod inferũt/ quoniam ipsa inferendi ratio est inualida. Enimuero nõ est absurdũ neq; incõmodũ: eũdem actũ secundũ diuersas rationes & esse cõtra pręceptum dei/ & cõtra votũ. Vt siquis religionẽ professus furto abstulerit pecuniã/ cãq; apud se clanculũ & in suũ vsum detineat: is pręuaricatur dei mandatum quo furtũ prohibetur/ & simul votũ spõtaneæ paupertatis trãsgreditur: ꝙ propriũ sibi furtim asseruet. Siquis itẽ astrictus obediẽtię voto ad seruandum silentiũ/ in eius qui illud indixit contẽptum laxet linguã/ & obtrectatoria ꝓferat verba: is haud dubie pręceptũ dei violat/ quod iubet falsum testimoniũ mendaciũ & detractionẽ nõ debere proferri in proximũ: & pariter obedientię iugũ abijcit/ & votũ soluit. Haud aliter cũ sacerdos aut fornicatur aut adulteratur: pręuaricatur dei pręceptũ/ ꝙ extra matrimonij legẽ vtatur venere. simul etiã transgreditur votũ: ꝙ perpetuę continẽtię (cui se astrinxit) integritatẽ nõ seruat. ¶ Neq; illud incõueniens cẽseri debet: in eodẽ opere malo & voti esse trãsgres-

Solutio rationis aduersariorũ

sionē & pręcepti. quoniā sępenumero in eodē actu viciosо multa cōplicantur diuersorūq̧ generū mala: ob diuersas rationes. Exēpli gratia. in adulterio est intemperātia venereorū/ itidē & iniustitia: alteri parti legitimi thori inferens iniuriā/ & nonnūq̄ pecunię hac via consequendę cupiditas. Quod autem diuersa prorsus sit pręcepti diuini mœchiam prohibentis/ & voti perpetuę continētię ratio: ex eo dilucide liquet. quoniā interdum contingit quēpiam pręceptum illud transgredi & non votum: vt siquis nullo obstrictus voto labatur ī fornicationē. Interdum vero posset quis votum illud transgredi: & nō pręceptum iam assignatum. vt siquis voto perpetuę continentię obligatus duceret vxorem: & ex ea sobolem quęreret. Tertio nonnūq̄ cōtingit neutrum eorum violari. vt siquis post votū deo exhibitū integram continentię puritatē obseruet. Quid igitur prohibet vtriusq̧ pręuaricationē/ & voti inquam & pręcepti/ in eodem re ipsa coniungi: manēte tamen semper rationum discrepantia atq̧ diuersitate? vt ī sacerdote/ cōcubinę amoribus irretito. & hinc quartum constitui membrū: quod ambo extrema affirmando complectatur. ¶ Cum itaq̧ tā graue & horrēdum sit nefas/ sacerdotū incōtinentia: summopere ad eā extirpandā debent inuigilare ecclesiarū pręsides/ pastores & pręsules: eāq̧ labē quę totā cōmaculat ecclesię faciē/ decus/ & speciē: funditus eradicare. Cōmendatur plane dignis pręconijs Esdras scriba diuinę legis: ꝙ peruigilē impenderit operā ad disseparādū mulieres alienigenas a populo dei post reditū de captiuitate babylonica. quis cōnubij fœdere essent viris Israeliticis copulatę: contra tamē diuinā sanctionem. Quid igitur illius exemplo nō elabo- 1. esdrę. 10.

rant episcopi (quisq; in sua ecclesia) ad seiungēdū concubinas & muliercularū copulas a sacerdotib9: longe grauiore infamia ac nota q̄ matrimonij titulo illis coniunctas/ & cum pudendo totius ecclesię opprobrio & scandalo eisdem tectis cohabitantes? Cur nō exercent in eos sacerdotes seueritatem illā: quā sancta patrum constituūt decreta?vt suspēdāt eos ab altaris officio:interdicātq; illis offerendi sacra ministerium. Perseuerantes autē in scelere:suis priuēt ecclesiasticis beneficijs/ excōmunicationeq; percellant & priuent aliorum communione:vt vel amaro hoc antidoto curētur & resipiscant. Sic eni faciundum statuit Innocentius secundus in libro decretorum:distinctione vicesima octaua/cap. decernimus.his verbis. Decernimus vt ij qui in ordine subdiaconatus aut supra/ vxores duxerint / aut concubinas habuerint:officio atq; ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi/templū & vasa dñi sacrariumq; spiritus sancti debeant esse & dici:indignum est eos cubilibus & immūdicijs deseruire. Similiter Alexāder tertius ī titulo de cohabitatione virorū ac mulierū/cap. clericos.ita scribit Salernitano archiepiscopo. Clericos in sacris ordinibus cōstitutos qui publice tenēt cōcubinas/per suspensionis & interdicti sentētiā debes arctius cogere:vt mulieres ipsas a se ita remoueant/q; de illis sinistra suspitio nō possit haberi. Et siqui eorū ad ipsas redire vel alias accipere forte pręsumpserint : in aliquos eorū debes perpetuā excōmunicationis sentētiā proferre/vt alij eorū exēplo perterriti a similibus arceantur. Idē quoq; summus pōtifex Cātuariensi archiepiscopo & eius suffraganeis in eodem titulo/cap. sicut ad .tale mādatū iniungit. Māda-

Innocenti9 secūdus.

Alexander tertius.

Idem.

mus quatenus clericos vestrę iurisdictionis qui in subdiaconatu & supra fornicarias habuerint/ studiose monere curetis: vt a se illas remoueāt/ eas vlterius minime admissuri. Si vero acquiescere contēpserint: ab ecclesiasticis beneficijs vsq₃ ad satisfactionē congruā eos suspēdatis. Et si eas suspēsi prę sumpserit detinere: ipsos ab eisdē beneficijs perpetuo remouere curetis. ¶ Cęterū quoniā hac tēpestate/ plerūq₃ pecunia mulctātur sacerdotes ob incontinentiā: qua persoluta permittūtur in suo persistere malo & publice cōcubinis cohabitare. & quoniā pōtifices quorū interest huic grauissimo occurrere scādalo: nōnullis in locis potius quę sua sunt quęrunt q̄ quę Ihesu Christi/ vt eorum crumena graui ęre turgescat atq₃ referta sit/ ex huiusmodi peccatis collecto. idcirco feralis ille ignis cōcupiscētię inflāmatus a gehēna: totā depopulatur ecclesiā/ & tanta suscitat vbiq₃ incēdia: vt difficile admodū restigui queāt/ ꝙ quotidie āpliores ex pręlatorū negligētia sumant vires. Quibus maxime formidādus est ille iudicij extremi dies/ in quo acriter arguent̄ (nisi pœnitentiā agant) illius incurię: qua domū dei sinunt tātis spurcitijs contaminari & vsq₃ adeo tetra labe sordidari. Philip. 2.

¶ Simplicem fornicationem esse peccatum mortale: ex multis & veteris & noui testamenti locis/ aperte conuinci. Cap. XXII.



Onstat vtiq₃ ex prędictis: sacerdotum incōtinentiā esse voti solēnis pręuaricationē/ & summe detestabile malū. Sed age nūc ostēdamus ꝙ q̄uis ipsa nō esset voti trāsgressio/ & vbi cū soluta legibus matri-

monij cõmittitur atq; concubina: simplex tantum foret fornicatio (vt nõnulli aduersam nobis sententiã astruẽtes contendũt: quis id nequaq̃ veritati cõsonũ putemus) nichilo secius ea sacerdotũ in libidinem prolapsio: summopere execrãda sit & abominãda. Quod facile quidẽ mõstrauerim⁹: si ex sacris vtriusq; testamẽti eloquijs cõprobauerimus/ fornicationẽ simplicẽ (vt vocãt) esse peccatũ mortiferũ/ & quod animã occidit perpetuęq; morti reddit obnoxiã. Quod hoc loco nõ ociosum erit neq; superuacuũ tentare. tũ vt illorũ improbetur sentẽtia/ qui scripto etiã reliquerũt: ex sacris eloquijs euidenter colligi nõ posse neq; cõtra proteruos conuinci/ q fornicatio simplex peccatũ sit lœthiferũ. Qua certe assertione ijs qui ad voluptates carnis propẽsiores sũt/ cornua erigũt: & fere persuasionẽ idueũt eã libidinis speciẽ/ leuẽ esse noxã et quę facile veniam mereatur. vnde illis audaciã suggerũt: ad illud mali genus fidentius perpetrandũ. Tũ vt cõfutetur illorũ improbus error: qui putãt huiusmodi fornicationẽ nõ esse lœthale malũ/ & ita persuadere alijs tẽtãt: vt multos habeãt suę vesanię astipulatores. Hi certe pręcursores sunt antichristi/ & sectę epicureæ predicatores/ immo diabolici dogmatis pręcones: quos cacodęmon aliquis importune instigat ad tãtum euomẽdum virus / ad spurcitiã Mahumeticę fecis immaculatę legi domini pręferẽdã. Hi igitur inimici crucis Christi & diuinę legis cõculcatores: valida acie impugnãdi sunt/ & acutis cõfodiẽdi telis. Frons eorũ funda & lapide veritatis est feriẽda/ & prorsus elidenda eorũ virtus atq; ferocia: vt prostrati/ non amplius humo se attollant. ¶ In primis Exodi vicesimo cap. inter pręcepta decalogi illud

Nonnullorum falsa sententia.

Exodi. 20.

ordine septimũ constituitur. nõ mœchaberis. Quo sane pręcepto non solũ adulteriũ vetatur (vt contẽdunt aduersarij / dicentes nomine mœchię dũtaxat adulterij crimen significari: & mœchari tantũdem significare atq; adulterari) sed secũdũ Augustinũ: oĩs vsus veneris extra matrimonij fœdus atq; thorum. sub qua generali ratione: manifestũ est & fornicationẽ simplicẽ comprehendi. Esto enim q vti asserunt oppositę partis affectatores: mœchia adulteriũ signet / & mœchari adulterari / & mœchus adulter (quod ipsi viderint grammatici: & illorũ vocabulorum rationem accuratius discutiant) nõ tamẽ ex illo colligere recte queunt: solum adulterium eo diuino pręcepto esse vetitum. Nempe in dato pręcepto & plerisq; reliquis / per vnum quod exprimitur malum: cætera consimilis generis mala intelliguntur atq; comprehenduntur. necnon interdum alterius generis mala: quę viam ad illa expressa / aditũq; ministrãt. vt ebrietas ad libidinẽ: & ira ad homicidiũ. Dicant oro ipsi fornicationis defensores: nõne stuprũ / raptũ / sacrilegiũ / incestũ / & enormiores libidinis species / quas supprimere q̃ nominare satiꝰ est: fatentur esse pctã mortifera / & illo diuino pręcepto ꝓhibita? quę tñ ab adulterio diuersa sunt & nõ exprimũtur ĩ litera Exodi. Si igitur illa fatẽtur cõpręhendi sub mœchia: quia eiusdẽ mali cõtinẽtur ambitu rationeq; cõmuni / & eodẽ pręcepto sunt vetita quo mœchia: cur non consimili iure fatentur & fornicationem simplicẽ nomine mœchię cõpręhendi / & illo pręcepto quod mœchari homines vetat prohiberi? Eadẽ sane ratione qua cõtẽdũt fornicationẽ non esse peccatũ mortiferũ et nõ prohiberi eo p̃cepto / q nõ exprimatᷓ neq; mœchię noĩe

Augustinꝰ.

signetur: conficiam & stuprũ & raptum/ & alia vi-ciorum monstra ad libidinem attinentia/ non esse etiã peccata lœthifera nec illo prohiberi pręcepto/ quoniã neq; exprimuntur neq; nomine mœchiæ designantur. Quod q̃ absurdũ sit: nec ipsi inficiari possunt. ⸿Quod si insistant/alias libidinis species facile intelligi prohibitas nomine mœchię siue adulterij: quoniam maiorem habent malicię grauitatem q̃ mœchia. & minoris mali prohibitione: intelliguntur etiam maiora eiusdem generis mala prohibita. At fornicatio simplex/ minus est malum (inquiunt) q̃ mœchia siue adulterium: quod non protinus innuitur prohibitũ eodem iure aut pręcepto/ quo mœchia. Nõ enim qui maius prohibet malũ: continuo conuincitur eodem edicto & minus malum eiusdem generis prohibere. ⸿Adhibenda illis est respõsio/ a plerisq; & stuprũ & raptũ infra adulterij maliciã collocari: & minora existimari mala q̃ sit adulteriũ. quare inualida erit eorũ ratio iã assignata: si id admittatur. Sed ne hoc certamen nunc agatur: nichil in pręsẽtia refert an stuprũ & raptus minora sint mala q̃ adulterium / aut illi prauitate ęqualia. manifestũ vtiq; est gulę viciũ vt crapulam & ebrietatẽ: minus esse malũ q̃ mœchiã siue adulterium. attamen eodẽ quo mœchia prohibetur pręcepto: & sub ea cõprehenditur. Alioqui nullũ dederis decalogi pręceptũ: quo vẽtris ingluuies & bibacitas sit vetita. Percurre sedulo singula dei p̃cepta: nullum profecto inuenies sub quo potius contineatur eius prohibitio / q̃ istud quod mœchari homines vetat. quãdoquidẽ edacitas & temulẽtia prębẽt irritamenta & pabulum ad effrenatam libidinem. Et cum malum aliquod a deo prohibetur: & ante-

Obiectiõis aduersariorũ solutio.

cedentia ipsum mala quę viã parant ad illud/simul prohiberi intelliguntur. Cur igitur simili iure fornicationem non admittẽt prohibitam eo pręcepto quo mœchia: q̃uis minus ea sit malum? ꝙ consimilis sit generis: & plerumq; ad mœchiam atq; adulteriũ ob laxatas voluptatibus habenas gradũ struat occasionemq; pręstet. ¶Pręterea. Nonne ira/contumelia/conuicium/verberatio/mutilatio: eodem interdicta sunt nobis pręcepto/quo homicidium? nichilominus non exprimuntur in eo dei mandato. nõ occides. & minora sunt mala q̃ cędes hominis. Sed sub occisionis nomine illa omnia compręhenduntur: quoniam solẽt plerumq; pręuia esse & pręambula occisioni/atq; ad eam cõcitatum hominis animum pertrahere. Eodem quoq; modo mendacium sępenumero minus est malum q̃ falsum testimonium: attamẽ eodem vetatur pręcepto quo falsi testimonij perhibitio/& compręhenditur sub eius nomine/ꝙ illi frequẽter annectatur: aut ex assuetudine viam ad ipsum paret. Et vt paucis agam: nullum dederis fere pręceptum/quo multa nõ sint aut pręcepta aut prohibita quæ in eo nõ exprimũtur. ꝙ sub expresso nomine in ipso pręcepti cõtextu cõpręhendantur/& ad ipsum habeant reductionem. Sed pro adducta primo loco ratione hęc sufficiãt.

2 ¶Rursũ. Deuteronomij vicesimo tertio capite legitur dominus dixisse ad Moysem. Nõ erit meretrix de filiabus Israel: nec scortator de filijs Israel. Deute.23.
Quibus quidem verbis/ nõ quid futurum esset/ simpliciter enũciauit: nullam scilicet fore meretricem nullum ve scortatorem in populo Israel. quãdoquidem continuo subiungit eodem loco. Non offeres mercedem prostibuli nec precium carnis in domo

domini dei tui. quod sane nequaq̄ vetaret: nisi esset in eo populo meretrices & scortatores. Sed prohibuit dominus hisce verbis meretriciū & scortationem in ea gente quā delegit sibi peculiarē: vetuitq̧ fornicationem proprie ac speciatim dictā/ quæ ab ijs committitur qui nulla coniugij lege sunt obstricti. At ꝓhibitio diuina nō fit de peccato leuis noxę quod vulgo dicunt veniale. quoniā tale genus mali etsi pręter pręceptū sit: non tamen cōtra ipsum est/ neq̧ proprie diuini mandati dicitur transgressio. Est igitur fornicatio particulatim sūpta/graue malum & mortiferū. ¶Insuper. Peccato veniali nunq̄ iuste pœna mortis indicitur: ꝗ ipsum ob leuē culpā venia sit dignū. Fornicationi autē simplici (vt vocāt) iubetur a domino inferri pœna mortis: qui
Leuit i.21. Leuitici vicesimo primo capite ait ad Moysem. Sacerdotis filia si depręhensa fuerit in stupro/ & violauerit nomen patris sui: flammis exuretur. Et Deuteronomij vicesimo secundo. Si duxerit vir puellā
Deute.22. vxorem/& non est in ea inuenta virginitas: eijcient eam extra domum patris sui/& lapidibus obruent viri ciuitatis illius & morietur/quoniam fecit nefas in Israel vt fornicaretur in domo patris sui: & aufe res malum de medio tui. Ecce ex vtroq̧ loco iam adducto cōstat fornicationem diuino iussu morte mulctari debere. Quod & ante legē datā per Moysem/diuino instituto etiam sancitū fuisse: ex eo colligitur. quoniā postq̄ Thamar nurus Iudę filij Iacob grauida facta est ex socero suo: vbi illi nunciatū est a populo.
Gene.38. Fornicata est Thamar nurus tua: & videtur vterus eius intumescere. ipse rei vt gesta erat ignarus: respondit. Producite eam: vt comburatur. Quod nequaq̄ faciundum definiuisset: nisi

ante publico decreto constitutum nouisset/fornicationem mortis irrogatione plectendam esse. Sed & deus ipse grauissimā intulit plagā toti populo Israelitico/ob fornicationem perpetratā cum filiabus Moab: in qua occisa legūtur viginti quatuor milia hominū. Et quoniā ęqua lance distribuit deus pœnā pro delicti grauitate: reuera ex acerbitate plagæ recte colligitur magnitudo & grauitas criminis. Nume.25.
¶Rursū. Thobias senior filiū suū salutaribus instituēs monitis: ait illi inter cętera. Attende fili mi ab omni fornicatione. Et nequis suffugium quęrēs dicat ibidem fornicationem pro adulterio sumi: protinus subdit. Et pręter vxorem tuā: nūq̄ patiaris crimen scire. Certe qui ab omni fornicatione monuit cauendū: & ab ea quę cum scorto cōmittitur extra connubii fœdera/etiam abstinendum admonuit, quādoquidē illa: sub nomine fornicationis generatim sumpto comprehenditur. Sed quis dixerit sanctū illum virum admonuisse tam sedulo & studiose filium: vt a leui & quod facile veniam cōsequitur peccato sibi caueret? cum alia peccata quæ ibidem fugienda numerat: vt adulterium/superbia/detentio mercedis alienę/iniuria in proximum: manifeste noscantur esse mortifera. Est igitur fornicatio proprie sumpta: graue peccatū/& exitiale animę. Thobię.4.
¶Adde ꝙ Salomō in prouerbijs de iuuene vecorde pellecto blanditijs lasciuæ & procacis mulieris ait. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam/& quasi agnus lasciuiens & ignorans: & nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur/donec transfigat sagitta iecur eius. velut si auis festinet ad laqueum: & nescit ꝙ de periculo animæ illius agitur. Quibus plane verbis ipse Salomō designat illum incur- Prouer.7.

rere interitum & mortẽ animę: qui meretricijs tra-
hitur illecebris ad malũ. Quod etiã ex sequentibus
eo in loco verbis euadit dilucidius: cũ de huiusmo-
di petulante muliere subiungit. Multos enim vul-
Prouer. 7. neratos deiecit: & fortissimi quiq; interfecti sũt ab
ea. Vię inferi domus eius: penetrãtes interiora mor-
tis. Sed quę sũt vię inferi: nisi quę ad inferna dedu-
cũt supplicia? quid interiora mortis: nisi mors ani
mæ latens oculos carnis? Itaq; per blandimenta &
delicias huiusce mulieris: aperte insinuat sapiẽs ho
minẽ pertrahi ad inferos & mortẽ ęternam. Porro
q̃uis de adultera muliere fiat eo in loco primũ mẽ-
tio: de scorto tamen & meretrice eadem verba non
minus habent veritatis & momenti. quod pręcedẽs
literę contextus satis innuit. ¶ Ad hęc. Fornicato- 6
res disperdet deus: vt sui templi violatores. queãd-
modum scribit beatus Paulus in prima ad Corin-
thios epistola cap. tertio. dicẽs. Nescitis quia tẽplũ
1. corin. 3. dei estis: & spiritus dei habitat in vobis? Siquis aũ
tẽ templũ dei violauerit: disperdet illum deus. At
vero leuis peccati authorẽ nequaq̃ disperdit deus:
sed venia dignatur. ¶ Insuper. peccatũ leue atq; ve 7
nia dignum non excludit suũ anthorem regno cœ
lorũ: sed id solum/ quod grauem habet annexã ma
liciam. Fornicatio autẽ pręcludit illius ęternę vitę
introitum: quemadmodum testatur beatus Paulus
in prima ad Corinthios epistola cap. sexto. cũ ait.
Neq; fornicarij/ neq; idolis seruientes/ neq; adulte
ri/ neq; molles/ neq; masculorum concubitores/
1. corin. 6. neq; fures/ neq; auari/ neq; ebriosi/ neq; maledici/
neq; rapaces: regnũ dei possidebunt. Idẽ quoq; in
epistola ad Galatas capite quinto: inter opera car-
nis enumerat primo loco fornicationẽ/ et subiũgit

ꝙ qui talia agunt:regnum dei non consequentur.
Deniq; in epistola ad Ephesios cap.quinto:eandē
confirmat sententiam dicens. Hoc enim scitote in= Ephesi.5.
telligentes/ꝙ omnis fornicator aut immundus aut
auarus/quod est idolorū seruitus:nō habet hȩredi=
tatem in regno Christi & dei. Neq; illorum valet
effugium/qui causantur in loco Pauli ex epistola
ad Corinthios iam citato/ fornicationis nomen ge
neratim sumi:vt sub se complectatur adulterium/
& alias incōcessȩ veneris species.quo quidē modo
nonnunq̄ in scriptura sumptū inuenitur. quando=
quidem reliquæ prȩter fornicationem proprie sū=
ptam libidinis pestes : nominatim deinde eodem
in loco a Paulo explicant.vt inde intelligamus:id
nomē inibi in sua particulari ratione sumi. ¶Rur
sum. Furtum cōfessione & iudicio omniū est pec=
catum inferēs mortem animȩ: quoniam sexto de=
calogi prȩcepto manifeste prohibetur/& regni cœ=
lorum obstruit aditū:vt iam ex Pauli verbo in epi
stola ad Corinthios/adductum est in ratione prȩce
dēte. Atqui fornicatio est furto deterior : quoniam
nō homini sed deo aufert quod suū est scilicet cor=
pus/quod spurca libidine polluit.quemadmodum
ait beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola
cap.sexto. Corpus autem non fornicationi sed do= 1.corin.6.
mino:& dominus corpori. Et iterū. Nescitis quo=
niam corpora vestra membra sunt Christi? Tollēs
ergo membra Christi:faciam membra meretricis?
Absit. Et certe quanto corpus humanum pecunia
& bonis externis est prȩstantius(est enim secūdum Matth.6.
euangelicam sentētiam:corpus plusq̄ vestimentū)
tanto fornicatio deterior est furto:ꝙ ipsa longe di=
gnius auferat bonū/non homini tantū sed & deo.

¶His accedit/ꝙ fornicatio a deo condemnatur ad mortem ęternam/diuinoq; reseruatur iudicio pu-nienda : cũ dicat apostolus in epistola ad Hebręos
Hebrę.13. vltio cap. Fornicatores & adulteros iudicabit de9. Quis igitur addubitat:ipsam inter mortifera pec-cata esse collocandam? ¶Adde ꝙ beatus Iacobus ad cõuersos ex gentibus scribẽs:pręscribit eis inter cętera legem ꝙ abstineant a fornicatione /quemad
Actuũ.15. modum referunt acta apostolica. Quis autẽ dignũ duxerit:peccatum leue & modicę a recto deuiatio-nis/tam studiose a tota sanctorum apostolorum sy nodo literis publicis prohiberi debere? Est igitur graue illud malum:quod tanta solicitudine nosci-tur vetitum. ¶Postremum. Fornicatio demergit hominem in lacum dãnationis eternę: atq; morti secundę (quæ intermina est) reddit addictum. vt te-
Apoca.21. statr beatus Ioãnes in apocalypsi. Timidis (inquit) & incredulis/ & execratis & homicidis/ & fornicato ribus & veneficis & idololatris & oĩbus mendaci-bus:pars illorum erit in stagno ardenti igne & sul-phure/quod est mors secunda. Est igit̃ ipsa lœthale peccatum/ & animam a dei gratia atq; cõsortio se-parans:quod est propositum a principio intẽtum. Possunt & alię cõplures rationes ab ijs adduci qui diligenti indagine sacras literas rimantur:ad ean-dem astruẽdam sententiã. Sed quæ nunc adductæ sunt:in pręsentia sufficiunt. Nũc quibus remedijs tanto malo occurratur:est explicandum.

¶Parsimoniã in victu/ euitationeq; ocij simul & familiaritatis cũ mulieribus:multũ conferre ad sacerdotũ continentiã seruandã. Cap. XXIIII.


T vero quoniam parum conducit morbi grauitatem cognoscere/nisi etiam explorata habeãtur remedia quibus deuitari possit aut curari: operęprecium est & hoc loco paucis ostendere/quę adhiberi debeant remedia ad tollendam hanc grauem cum corporis tũ animi pestem/incontinentiã scilicet sacerdotum: & quibus vijs continentię integritas cõseruari in ipsis possit incolumis. Ex ijs quidẽ quæ in opusculo de laude monasticę religionis/ & in altero de laudibus sacratissimę virginis Cecilię annotauim⁹: dinosci perspicue potest ipsius cõtinẽtię atq; castitatis pręclara laus & excellentia/ necnon qua ratione & modo debeat ĩtegra custodiri atq; illabefacta. Nõnichil tamẽ de eadẽ re & hic differere: non fuerit superuacuũ. ¶ Itaq; tria potissimũ assignãtur antidota: cõtra exitialem morbũ carnalis illecebrę. Primũ est/in victu parsimonia & potus cibiq; parcitas: atterens lasciuiã carnis / & non sinens eã petulascere aut insolescere in spiritũ. Quippe secundũ sapiẽtis sentẽtiã. Qui delicate a pueritia nutrit seruũ suũ: postea sentiet eũ contumacẽ. Spiritui autẽ: serua debet esse caro. Ne igitur cõtumaciter insurgat lasciuiens in spiritũ: nõ est delicate enutriẽda neq; fouẽda. Quod & pręclare Origenes homilia nona ĩ leuiticũ testat̃: ostẽdẽs nos irrationabiliter de carnis infirmitate & rebellione in spiritũ cõqueri/quã delicijs & voluptatibus fouem⁹: vt cõtra animã violẽtior ĩsurgat. Nõ auditis (ĩquit) ex diuinis scripturis/quia certamẽ est ĩter hoĩes carni aduersũ spiritũ & spiritui aduersus carnẽ? & nescitis quia si carnẽ solã nutriatis/& ipsã frequẽti mollitie ac iugi deliciarum fluxu foueatis:

Prouer. 29.

Origenes.

Gala. 5

insolescet necessario aduersum spiritum/& fortior illo efficietur? Quod si fiat: sine dubio eum in ditionem suam redactum suis coget legibus ac vicijs obedire. Si vero ad ecclesiam frequenter veniens aurem literis diuinis admoueas/explanationem& mandatorum cœlestium capias: sicut cibis & delicijs caro/ita spiritus verbis diuinis conualescet. ac sensibus & cupiditatibus robustior effectus: carnē sibi parere coget ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt diuina lectio/orationes assiduę/sermo doctrinę. His alitur cibis/ his cōualescit: his victor efficitur. Quod quia non facitis: nolite conqueri de infirmitate carnis. nolite dicere: quia volumus & nō possumus. Volumus continēter viuere: sed carnis fragilitate decipimur / & impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tuę/tu eā aduersus spiritum tuum armas & potentem facis: cū eam carnibus satias / vino nimio inundas/ omni mollitie palpas/ & ad illecebras nutris. Hęc Origenes. ¶ Secundum remedium contra carnis incontinentiā est ocij deuitatio & assidua in honesto opere occupatio. quod nō subticuit Pelignus poeta cum

Ouidius. ait. Ocia si vites: periere cupidinis arcus. Et rursū. Quæritur: Aegysthus quare sit factus adulter. In promptu ratio est: desidiosus erat. Et Ezechiel propheta causas assignās horrēdi flagitij Sodomitarū ait. Ecce hęc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę: su

Ezech. 16. perbia/saturitas panis/& abūdantia/ & ociū ipsius & filiarum eius: & manū egeno & pauperi nō porrigebant/ & eleuatę sunt & fecerūt abominationes coram me/ & abstuli eas sicut vidisti. Vbi inter causas enormitatis eorū abominabilis: assignatur saturitas panis & ocium. Verum de ocio fugiēdo su-

perius factus est sermo. ¶Tertiũ remedium & omnium pręcipuũ atq; maxime efficax ad seruandã cõtinentiã/est declinatio cõsortij ac familiaritatis mulierũ: per quã euitãtur occasiones ruinę in pręcipitiũ. Quã sacer Hieronymus luculẽter expressit in epistola ad Nepotianũ de vita clericorũ ita dicẽs Hospitiolũ tuũ aut raro aut nũq̃ mulierũ pedes terãt. quia nõ potest toto corde cũ deo habitare: qui fœminarũ accessibus copulatur. Fœmina cõscientiã secũ pariter habitãtis exurit. Et reliqua ad eãdẽ attinẽtia sententiã: eo in loco passim occurrũt. Idẽ quoq; in epistola ad Oceanũ de vita clericorũ. Prima tẽtamẽta sunt clericorũ: mulierũ frequẽtes accessus. Iste sexus reprehensibiles exhibet clericos. Quid tibi cũ fœminis: qui ad altare cũ domino famularis? Te cũcti in publico/te in agro rustici/aratores/ac vinitores quotidie grauiter lacerabũt: si cũ fœminis habitare cõtendis. Et multa alia ad eũdẽ pertinẽtia sensum: in prędicta epistola sparsim dicuntur. & inter cętera: id vnũ memoratu dignũ. ꝙ trãsiens beatus Martinus per quẽdã locũ (vt refert Sulpitius Seuerus in eius vita) virginẽ quandã moribus et castitate isignẽ ibi degentẽ voluit visitare: sed ipsa id recusauit. Verũ misit illi xeniolũ: ac per fenestram respiciens (nã domo erat occlusa) ait sancto viro. Abi pater/ & ora pro me: quia nũq̃ a viro sum visitata. Tũ gratias egit deo sãctus Martinus/ ꝙ talibus imbuta moribus castã custodierit voluntatẽ: & benedicẽs eã abijt lętus. Quinimo duę illæ eximij patris Hieronymi epistolę iã citatę/vna ad Nepotianũ/& altera ad Oceanũ: ab vnoquoq; sacerdotũ a vertice ad calcẽ vsq; studiose sunt percurrendę atq; lectitãdę. ꝙ ambę pręclarę sint/luculẽtę

Hierony.

Sanctus Martinus.

& ſucci plenę: quę ad vitã clericorũ recte inſtituẽdã pertinẽt/copioſe & ſalubriter admonẽtes . Inſuper eccleſiaſticus fugiendã eſſe mulierũ cohabitationẽ
Ecci.42. atq; cõſuetudinẽ ita edocet. In medio mulierũ noli cõmorari . De veſtimẽtis eni procedit tinea: & a muliere iiquitas viri. Melior eſt eni iniquitas viri: q̃ benefaciens mulier/& mulier cõfundẽs in opprobriũ. Quod quidẽ poſtremũ eius verbũ: intelligendum eſt quantũ ad cohabitationẽ mutuã/& referẽdum ad id quod paulo ante fuerat pręmiſſũ. qm̃ minus periculoſũ eſt homini habitare cũ viro iiquo: q̃ cũ muliere bona & benefica. cuius quotidiana cõuerſatione facile poſſet homo ruere in cõfuſionẽ & opprobriũ per illecebras carnis. tale autẽ diſcrimẽ ſalutis nõ imminet habitãti cũ viro iniquo & peruerſo. ¶Aſtipulatur illi & beatus pater Auguſtin⁹ in opuſculo de honeſtate mulierũ/quinimmo de vitãdo mulierũ cõſortio: dicẽs . Quod autẽ libidinẽ
Auguſtin⁹. fugiendã eſſe diximus: apoſtolo doctore euidenter didicimus. quia cũ oĩbus vicijs reſiſtendũ eſſe pręmiſſet:
1.corin.6. dixerat: nõ dixit/reſiſtite fornicationi/ſed ait: fugite fornicationẽ. ac ſi diceret. reliquis vicijs deo adiuuãte debemus in pręſenti reſiſtere: libidinẽ vero fugiẽdo ſuperare. Sic & in ſcripturis alibi legimus.
Ecci.9. Noli attẽdere in faciẽ virginis: ne ſcãdaliſet te vul-
Gene.39. tus eius. Nã & beatus Ioſeph vt impudicã dominã poſſet euadere: palliũ quo appręhẽſus erat reliquit/ & fugit. Cõtra libidinis impetũ appręhẽde fugã: et obtinebis victoriã. Nec ſit tibi verecũdũ fugere: ſi caſtitatis palmã deſideras obtinere . Videte fratres quomodo ab oĩbus Chriſtianis p̄cipue tñ a monachis ſeu clericis/indigna & inhoneſta familiaritas fugiẽda eſt. quia ſine vlla dubitatiõe qui familiari-

tatem mulierũ nõ vult fugere: cito dabitur ĩ ruinã. Hęc Augustinus. Cuiꝰ totũ libellũ iam nominatũ perlegãt oro sacerdotes oẽs: qui seruandę castitatis amore tenẽtur. qm̃ etsi quãtitate moleq; sit exiguꝰ/ & ergo lectori nõ inferẽs fastidiũ aut ex prolixitate tędiũ: pręclaris tñ sentẽtijs grauidus est/ & salutaribus monitis refertissimꝰ. quibus salubriter admonet q̃ periculosa sit & dãnosa animę/ mulierũ cũ viris familiaritas: obiectionesq; aliter sentientiũ acutissime dissoluit. ¶Porro inter multiplicia mala q̃ ex frequẽti sacerdotũ cũ mulieribꝰ cõsuetudine societateq; emergũt: duo potissimũ sũt metuẽda. Primo/ ꝓprię salutis iactura et dispẽdiũ. qđ facile incurrit is qui crebro fœminarũ vtitur cõsortio atq; conuersatione domestica: per quã tandẽ trahitur in ruinã atq; lapsũ carnis. aut saltẽ illi se periculo atq; discrimini obijcit & temere exponit: vnde illi imminet grauis casus. qm̃ vt ait Sapiẽs. q amat periculũ peribit in illo. Id sane prudẽter admonet sacer Hieronymus: ita scribẽs ad Nepotianũ. Nec sub eodẽ tecto cũ muliere manseris: nec in pręterita castitate cõfidas. Nec Dauid sãctior/ nec Samsone fortior/ nec Salomone potes esse sapiẽtior: qui tñ lapsi sũt per mulieres. Memẽto semp ꝙ paradisi colonũ de possessiõe sua mulier eiecerit. Idẽ quoq; ad oceanũ eiusdẽ rei nos sic admonet. Ianua diaboli/ via iniq̃tatis/ scorpionis ꝑcussio/ nociuũq; genus fœminarũ. Cũ ꝓximat stipula: ĩcẽdit ignẽ. flãmigero igne ꝑcutit fœmina cõsciẽtiã pariter habitãtis: exuritq; fundamenta montiũ. Ego id dico. si cum viris fœminę habitant: viscarium nõ deerit diaboli. ex eis auspicatũ est ab initio peccatũ. ferreas mẽtes libido domat. Et paulo post eodẽ loco. germinãt fœminę

Ecci. 3.

Hierony.

Gene. 3.

ſpinas cũ viris clericis habitãtes: et acuto mucrone arcana mẽtiũ percutiunt. In hoc ſane negocio qui de ſe prȩſumunt ꝙ non ſunt lapſuri/qui de ſuis cõfidunt viribus/ & mulierũ ſe ingerunt contubernio fidenter: protinus labuntur & meritas luũt ſuȩ temeritatis pœnas cum magno ſuo detrimẽto. Qui vero proprię fragilitatis conſcij ſibi cauent/ & fugiunt mulierum frequentiã ne incidãt in laqueos: hi profecto in portu nauigant atq; in vado ſunt cõſtituti/nã hic timor maxime reddit eos tutos atq; ſecuros. Audiunt enim Salomonem: recte omnes

Prouer. 6. admonentem. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo: vt veſtimenta illius non ardeãt? aut ambulare ſuper prunas: vt non cõburantur plãtȩ eius? ſic qui ingreditur ad mulierẽ proximi ſui: non erit mũdus cum tetigerit eam. ❡Quod ſiquis

Obiectionis ſolutio. obiectet. Conſanguinea michi eſt mulier/cum qua frequenter verſor: aut cõmater mea eſt. nichil inde timendũ eſt periculi aut detrimẽti animȩ: propter cognationis aut affinitatis vinculũ quo illi cõſtringor. Immo vero longe plus timẽdũ eſt periculi. ꝙ ſub cõſanguinitatis aut ſpiritualis cognationis nomine: dȩmon ſuos abſcondat laqueos. & interdum in ruinã tanto grauiorem prȩcipitet: quãto minus ab hominibus illa cõiectatur atq; metuit. Fuge (ſi ſapis) o ſacerdos cõmatres & cõſanguineas: maiore ſedulitate q̃ extraneas mulieres. quoniã non deſinit diabolus ob vincula ſanguinis vel ſpiritus: ſuſcitare ignẽ libidinis. quinimmo tanto citius ad id elaborat: quanto & grauior eſt lapſus/ & maius occultãdi criminis velamẽ atq; prȩtextus. Quo enim minus homines ſuſpicãtur malũ in eo genere mulierũ: eo et honeſtior videtur earũ cũ viris cõgreſſio

& maior offertur occasio quicq̃ turpe perpetrandi. Frigidus (o pueri fugite hinc) latet anguis ĩ herba/ & tristia sub dulci melle venena latent. Audiatur itaq; beatus Gregorius ita in registro scribẽs. Legitur ꝙ beatus Augustinus nec cũ sorore habitare cõsenserit: dicẽs. Quę cum sorore mea sunt: sorores meę nõ sunt. Docti ergo viri cautela: magna nobis esse debet instructio. Quinimo in supradicto opusculo caute nos admonet Augustinus: ꝙ non solũ extranearũ mulierũ/sed etiã ancillarũ nostrarũ & quorũcunq; vicinorũ aut filię aut ancillę secretam collocutionẽ vitare studeamus. quia quanto vilior est illarũ cõditio: tãto ruina facilior. Nõ solũ (inquit) ab extraneis mulieribus: sed etiã a vicinis & domesticis & ancillis nostris refrenãda est & secreta familiaritas & oculorum incauta fragilitas. ne illud eueniat nobis: quod dñs per prophetam terribiliter clamat. Mors intrauit ad animas nostras: ꝑ fenestras nostras. Per quas? per visũ oculorũ/& auditũ auriũ. Hęc ille. ¶ Secũdũ malũ quod oboriri solet ex sacerdotũ cũ mulieribus conuersatione: est scandalũ proximi/quod ĩcurrit: huiusmodi frequẽtiã conspiciẽs. qm̃ aut trahitur ad imitationis exẽplũ: aut suspectã habet illius sacerdotis pudicitiã/ & sinistre de ipso suspicatur/reputãs eũ minꝰ ęquo castũ: vt periclitet̃ apud ipsũ/et nomẽ illiꝰ et fama. Quod ita sentit Hieronymus cauẽdũq; docet: scribens ad Oceanũ. Si aliquis (ĩquit) senserit clericũ habitare cũ fœminis: nõ credit eũ esse castũ. Si pudicitiã quęris: quare habitas cũ fœminis? Fœminã quam bene videris cõuersantẽ: mẽte dilige/nõ corporali frequẽtia. Idẽ quoq; pręclare monet Augustinus in supradicto libello: qui vulgo ĩscribitur de

Gregorius

Augustinꝰ

Hiere. 9.

Hierony.

Augustin⁹ honestate mulierũ: dicẽs. Qui cũ mulieribus habi=
tãtes putãt se castitatis obtinere triũphũ: ignorãt se
apud deũ dupliciter reos existere/ dũ seipsos in peri
culũ mittũt: & alijs exẽplũ peruersę familiaritatis
ostendũt. Quanti enĩ per illorũ inhonestã familia=
ritatẽ: castitatis decorẽ perdiderũt? Illorũ animę q̄
perceũt: ab illis in die iudicij requirẽdę sunt/ qui il=
lis exẽplũ perditionis ostendũt. Rursũ idẽ in sermo
12.q.1. ne de cõmuni vita clericorũ. Nolo vt aliquis de vo
Nolo. bis iueniat male viuẽdi occasionẽ. Prouidem⁹ enĩ
2.corin.8. bona (vt ait apostol⁹) nõ solũ corã deo: sed etiã co=
rã oibus hoib⁹. Propter nos: cõsciẽtia nostra nobis
necessaria est. propter vos / fama nostra nõ polluit:
sed pollere debet ĩ vobis. Duę res sunt: cõsciẽtia &
fama. Cõscientia necessaria est tibi: fama proximo
Ecci.41. tuo. Qui confidẽs cõsciẽtię negligit famã: crudelis
est Accedit illi Ecclesiasticus: habendã esse suæ fa=
mę rationẽ sic admonẽs. Curã habe de bono nomi
ne. Hoc enĩ magis permanebit tibi: q̄ mille thesau
ri magni & p̄ciosi. Bonę vitę numer⁹ dierũ: bonũ
autẽ nomẽ permanebit in ęuũ. Et Salomõ in pro=
Prouer.22. uerbijs. Melius est nomen bonũ: q̄ diuitiæ multę.
super argentũ enĩ & aurũ: gratia bona. Deniq; Ec=
Eccẽs.7. clesiastes. Meli⁹ est nomẽ bonũ: q̄ vnguẽta p̄ciosa.
¶ Cęterũ quãto studio eniti debẽt sacerdotes ne in
suspitionẽ veniãt incõtinẽtię apud alios: & idcirco
omnẽ a se excludere fœminarũ societatẽ/ vnde alio=
rũ mẽtibus irrepere posset huiusmodi suspitio: lu=
Chrysost. culẽter edocet Chrysostomus / libro sexto dialogo=
rũ de dignitate sacerdotali dicẽs. Si beatus Paulus
prouidit ne furti apud discipulos suos suspitione la
boraret: & p̄pterea assũpsit secũ alios discipulos in
dispẽsatione pecuniarũ. ne quis nos (inquiẽs) vitu=

peret i hac plenitudine: quę ministrat a nobis. quo 2.corin.8.
modo nos non oia facere conuenit: per quę/ suspitiones interimantur malignæ? etsi irrationabiles fuerint: atq; multū a nostra ęstimatione distantes. A nullo quippe nos tantū peccato absumus: quātū a furto Paulus. Et tamen cū tam ab eo procul esset: non neglexit suspitioni multorū mederi / quę non solum irrationabilis sed etiam furiosa erat. Insanū quippe est: tale quicq̄ de illo viro tā admirabili suspicari. Sed nichilominus etiā istiusmodi suspitiones ita irrationabiles/ vt in nullius cor possent ascēdere nisi eius qui mente excessisset: ille ecclesiarum magister curauit. Neq; dixit. qs de nobis vnq̄ hoc poterit suspicari: cum ita nos & vitę nostrę conside ratione & signorum splēdore omnis multitudo veneretur? Verum e contrario & pręuidit & pręcauit pessimam hanc suspitionem: & euellit eam radicitus/ immo nec lacessitus. Quamobrem prouidem9 inquit bona: non solum coram deo/ sed etiam corā 2.corin.8.
omnibus hominibus. Tanto ergo/ immo maiore a nobis studio vtendum est/ vt non solum eiusmodi fama cū fuerit enata opprimatur: sed pręuideatur anteq̄ possit oboriri. & ipsæ occasiones de quibus nasci potest: penitus auferantur/ vt tempus non habeant per multorum ora discurrere. quoniam cum vagari cœperit: neq; extinguitur facile/ sed nimis ęgre. Cor autem non potest omnino compesci. & sine damno non est tunc id facere: postq̄ plurimis nocuisse docearis. Hęc Chrysostomus.

¶Exhortatio ad sacerdotes / omniū iam dictorum summam more epilogi complectens: vt pro sua dignitate honeste viuant. Cap.XXIIII.


D vos igitur o sacerdotes dei altissimi nunc sermo noster dirigitur: qui totius rei ꝓpositę sermonē claudat. Ad vos tandē oratio nostra cōuertitur & exhortatio: vt quanta sit dignitas vestra ad quā diuina vocatione estis asciti/pensiculatius attēdatis. De qua sic

Augustin⁹. scribit Augustinus ad Marcellinum. Magna est sacerdotū dignitas: quia propter eorū vnctionē & dignitatē multi ex ipsis virtutes & mirabilia operati sunt/ & vsum prophetandi habuerunt. de quorum numero Caiphas pōtifex Iudęorū fuit. Qui cum esset pontifex in die vicis suę: a seipso locutus non fuit. sed per gratiam sacerdotalis ordinis ac sanctę

Ioan. 11. vnctionis: alta voce clamauit. Expedit vobis vt vn⁹ moriatur pro populo: ne tota gens pereat. Hoc autem a seipso non dixit. Hęc Augustinus. ¶ Hanc autem insignem dignitatem vestram primum scientia præsertim sacrorum eloquiorū adornate: id

Leuiti. 21. repetentes animo/ ꝙ secundū veteris legis institutū nō admittebatur cęcus ad sacerdotij officiū & sacra offerendi ministeriū. Quanto minus animo cęcutiēs & ignarus: recipi debet ad munia sācti altaris obeūda. Audite libēter Hieronymū: hoc ipsum in

Hierony. Aggei explanatione asseuerātē. Cōsidera (inquit) sacerdotū esse officiū: de lege īterrogatos respōdere Si sacerdos est: sciat legē dñi. Si ignorat legē dñi: ipse se arguit nō esse sacerdotē. Sacerdotis enī dñi est scire legē: & ad īterrogationē respōdere de lege. ¶ Eādē quoqꝫ dignitatē vestrā virtute & moribus honestis decorate: ambulantes recte in via mandatorum domini. Quoniā si claudus ex veteris legis

Leui. 21. instituto non admittebaī ad sacerdotiū/aut aliqua

corporis macula deformis: quo modo claudicãs in via morum & contortis pedibus affectuum/admittetur ad functionem ecclesiasticam? Auscultate attẽtius: quid Hieronymus in Ezechielẽ super ea re dicat. Grandis (inquit) dignitas sacerdotum: sed grãdis ruina si peccant. Lętamur ad ascensum: sed timeamus ad lapsum. Nõ est tanti gaudij excelsa tenuisse: quãti mœroris de sublimioribus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem: sed pro omnium/quorũ abutimur donis & nequaq̃ sum9 de eorum salute soliciti. Adhibite etiã benignas aures verbis Gregorij: q̃ difficilis est vestra prouincia/ita in Ezechielẽ contestãtis. Nos q sacerdotes vocamur: supra ea mala quæ propria habemus/alienas quoq; mortes addimus. quia tot occidimus: quot ad mortem ire quotidie tepidi & tacentes videmus. Discite insuper ex eodẽ: q̃ noxij sunt & perniciosi in ecclesia praui sacerdotes/ cum dicit in registro. Causa sunt ruinę populi: sacerdotes mali. Quis enim se pro peccatis populi intercessor obijciat: si sacerdos qui orare debuerat/grauiora committat? Neq; obsurdescite ad verba Chrysostomi/eandem approbantis sententiã in homilia super illud verbum Matthęi. Super cathedrã Moysi sederũt scribę & Pharisęi. Multi (inquit) sacerdotes: & pauci sacerdotes. multi in nomine: & pauci in opere. Videte ergo quomodo sedeatis super cathedram. quia cathedra nõ facit sacerdotem: sed sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominẽ: sed homo locum. Qui bene sederit super cathedrã: honorem accipit ab illa. qui male sęderit: iniuriam facit cathedrę. In iudicio enim sedes. Si bene vixeris quidem & bene docueris: omnium iudex eris,

Hierony.

Gregorius

Idem.

Matth. 23.

Chrysostomus.

Si autem bene docueris & male vixeris: tui solius. Nam bene viuendo & bene docēdo: populum instruis quomodo debeat viuere. Bene autem docēdo & male viuēdo: instruis deum quo modo te debeat condemnare. Eūdem quoqꝫ sanctum patrē (Chrysostomum dico) arrectis auribus astantes atqꝫ attēti audite: plane ostēdentem ex bona sacerdotum vita & doctrina omne in populo pēdere bonum/ex improba vero eorum vita & peruersa doctrina: cūcta ꝓficisci mala. cū in homilia vicesima sexta ī Mattheum exponit illa verba euāgelij. Et ingressus Ihesus in templum: cœpit eijcere vendentes & emētes
Chrysost. de tēplo. Hoc (inquit) erat boni medici: vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluādam/primum ad originem passionis intēderet. Nam sicut de tēplo omne bonum egreditur: sic et de tēplo omne malū procedit. Quemadmodum medicus quādo primū ingreditur ad infirmum: statim de stomacho eius interrogat/& eum componere primū festinat. quia si stomachus sanus fuerit: totum corpus validū est. si autem dissipatus fuerit: totum corpus infirmum est. Ita si sacerdotium integrum fuerit: tota ecclesia floret. si autem corruptum fuerit: omniū fides marcida est. Cor autem & stomachus/sacerdotes dicuntur: quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur. Et sicut cor/sapientię locus est: ita sacerdotes sunt receptacula sapientię spiritualis/
Esaię.1. Esaia dicente. de regibus quidē: omne caput in dolore. de sacerdotio autē: omne cor in tristitia. Sicut enim stomachus accipiens cibum/coquit eum in se ipso/& per totū corpus dispergit: sic & sacerdotes accipiunt scientiā sermonis per scripturas ex deo. & excoquentes eā in se/id est tractātes & meditātes

apud se : vniuerso populo subministrant. Et sicut stomacho subministrāte/vnumquodq; membrum suscipit nutrimentum/& cōuertit illud i se secūdū suam naturam. vtputa quod suscipit iecur: totū fit sāguis. quod autem suscipit fel: bilis efficitur totū. quod vero ascendit ad pulmonem: flegmata fiunt. quod autem in māmillas: efficitur totum lac. Sic sacerdotibus in ecclesia loquentibus/verbum omnes suscipiunt: vnusquisq; autem conuertit illud secundum proprium cor. ita vt vnum idipsum verbum/ in cordibus quidem rectis procedat ad vitā: in cordibus autem peruersis suscitet iracūdiā quasi bilis. in alijs autem operatur dilectionem dulcissimam: quasi lac. in alijs autē odia: quasi flegma nociuū & expuēdum. Videte ergo sacerdotes: quomodo vos componatis in verbo & in opere. quoniam sicut in corpore si aliquod infirmatum fuerit membrū: nō omnino languet et stomachus. si autem stomachus languerit: omnia mēbra inueniuntur infirma. Sic si aliquis Christianorum peccauerit: non omnino peccant & sacerdotes. si autem & sacerdotes fuerint in peccatis: totus populus conuertitur ad peccādū. Ideo vnusquisq; Christianorum: pro suo peccato reddet rationem. sacerdotes autem non solum pro suis: sed & pro omnium peccatis reddituri sunt rationem. Hęc Chrysostomus. Cuius totam sententiam ad id propositū attinentem q̄uis prolixo contextu extentam/hic adducere non piguit: & in alijs huius opusculi locis diffusas interdum eiusdem & aliorū illustriū authorū sentētias/sicubi res efflagitabat. nō quidem ad implēdā alienis dictis chartā/ extendendūq; in maiorē molem librū: vt fortasse quis obiectare posset. sed vt carētes libris ītegris &

operib⁹ authorũ hic citatorũ: totã habeãt sententiã rei ꝓpositę cõducẽtẽ. quã / si locus dũtaxat authorũ annotaretur sine ipsius sentẽtię prolatione / aut fragmentũ sententię solum afferretur: illi non possent ob librorum penuriam plene perspectam habere.

¶ Considerate pręterea o sacerdotes: q̃ terribile iudiciũ deus cõminatur per prophetam in psalmo ijs / qui indigne se ingerunt grauibus onerati vicijs ad

Psal. 49. immolãdũ deo sacrificiũ laudis. Peccatori (inquit) dixit deus. quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentũ meũ per os tuũ? Tu vero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem currebas cũ eo: & cũ adulteris portionem tuam ponebas. Et paulo post. Hęc fecisti & tacui. Existimasti inique ꝙ ero tui similis: arguam te & statuam contra faciẽ tuam. Deinde salubriter omnes admonet & solicite. Intelligite hęc qui obliuiscimini deum: nequando rapiat & non sit qui eripiat. Quẽ quidẽ psalmi locum ad literã exponunt nonnulli eruditione præstantes viri / non solum de sacerdotibus annunciantibus populo verbum dei & improbam agentibus vitam: sed & de ijs qui functionẽ habent sacerdotalẽ eamq; exercent / offerẽtes deo sacrificiũ iustitię: attamẽ peruersis & corruptis sunt moribus. quibus interminatur & acerrimã repręhensionẽ & durissimũ iudiciũ: & interdũ repẽtina morte illos rapit / & nõ est qui de manu eius eripiat eos. ¶ Verũ ne in illud incidatis triste iudiciũ: cauete solicite vobis ab omni labe peccati / quę i mẽte signatur per maculã aliquã corporis in leuitico

Leui. 21. expressã: ob quã reijciebantur qui de semine Aarõ erant / ab officio sacerdotij. Non sit in vobis cęcitas animi: & ignorantia eorum quę ad vestrum munus

rite exercendum sunt necessaria. Nō sit item in vobis claudicatio: declinatioq; aut in dextram aut sinistram a semita iustificationū dei. Non sitis preterea paruo vel grandi tortoq; naso: destituti recta discretionis mensura, qua virtutes a vicijs discernū tur: sicut naso suaues odores ab olidis. Nō sitis itidem fracto pede aut manu: inepti ad gradiendum recto calle mandatorū dei/ aut impotentes ad recte operandū. Non extumescat insuper gibbus in dorso mentis vestrę: per elationem atq; inflationē animi/ob officij dignitatem aut dei beneficia turgētis. Non etiam deformet atq; deturpet oculos vestros internos aut lippitudo aut albugo/obscuritasq; intellectus: impediens clare ea perspici/quę ad vestrā pertinēt administrationem aliorumq; directionē. Cauete similiter a iugi scabie / gastrimargia scilicet & victus intemperantia: qua semper ad cibum & potum feruet concupiscentia. Nec minus vos custodite ab impetigine in corpore: petulantia inquā prurientis carnis/ & illecebris insanę libidinis. Deniq; non sitis herniosi/id est nimio pondere terrenorum affectuum prægrauati/ inhiātesq; pecunię: aut etiam marcēte ocio ad bona opera tardi. ¶ Attendite rursum diligenter/ nequa in vobis sit labes animi prohibens a digna perceptione sacrosanctæ eucharistię: signata per aliquā corporis īperfectionem ob quam prohibiti legūtur in Leuitico Iudęi a manducatione sanctificatorū. Non appareat primū in vobis leprę deformitas: grauisq; peccati & longo vsu inueterati tabida sordes. Neq; seminis profluuiū: concupiscentięq; carnalis prurigine petulca caro/ & illecebrosis defluēs delicijs. Nulla rursum contrahatur in vobis ex contractu morticinij Leuiti. 22.

immundicia. ne cum perditis viris & sceleratis fre=
quentem habētes conuersationem: sentiatis nequi=
tię eorum cōtagia. quoniā vt dicit Ecclesiasticus.
Ecci.13. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. & qui cō=
municauerit superbo: induet superbiam. Nulla itē
ex esu immundorum/locū in vobis habeat impu=
ritas: nullusq; ex crapula/ingluuie & comesatione
deprehendatur peccati reatus. Non sit idemtidem
quisq̄ in vobis alienigena: & ab ecclesia dei alien⁹/
anathemateq; pręcisus. Neq; inquilinus/& firma
animi sede apud se nequaq̄ cōstans: neq; certo do=
micilio in boni operis proposito fixe collocatus.
Non sit itidem quispiam vestrum mercenarius: &
soli lucro pecuniario/in sacrorum administratione
gregisq; dominici cura/pręcipue intentus. Deniq;
nullus eneruati animi mollitie effœminataq; mēte
filiam sacerdotis referat. quoniā neq; ipsi sacerdo=
tis filię/neq; alijs septem hominum generibus mo=
do ordine certo digestis licuit: ijs quæ sanctificata
fuerant vesci. Quanto igitur minus licebit sacerdo=
tibus/ aliquo viciorum genere per hasce corpora=
les passiones signatorum contaminatis: sancta atq;
incoinquinata contingere mysteria. cū terribiliter
comminetur dominus omnibus sacerdotibus: lo=
quēs ad Aaron & filios eius. Omnis homo qui ac=
Leuiti.22. cesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt &
quæ obtulerunt filij Israel dño/in quo est immun=
dicia: peribit coram domino. ¶Sic deniq; vestros
mores componite o sacerdotes/sic vestrū sine reprę=
hensione exercete officium/ sic pro dignitate vestrę
vocationis vitam probam & sanctā agite: vt digni
habeamini cum summo sacerdote domino nostro
Jhesu Christo recipi in æterna cœli tabernacula.

Cui cum deo patre & spiritu sancto sit laus/honor/ & gloria: in sempiterna secula. Amen.

¶OPVSCVLI DE VITA & moribus sacerdotum: finis.

¶Index presentis opusculi: secundum ordinem/inscriptionem/ & materiam capitum digestus.

❡Indicis huius opuſculi: finis.

¶Expletum est hoc opusculum de vita & moribus sacerdotum / atq; in lucem ęditum Parisijs / in officina libraria Hērici Stephani: e regione scholæ Decretorū sita. Anno ab incarnatione Domini (qui est sacerdos in ęternum: & summus quidē sacerdos) decimonono / supra millesimū & quingētesimum / die vero Augusti quarta.

